

# MAJER ISTVÁN

## ESZTERGOMI KANONOK

# GYŰJTEMÉNYE.

1876.

VEGYES NYOMTATVÁNYOK.

B. (negyedrészt) ..... kötet.

Tartalom:

Főpásztori levelek.

- 1.) Scitovszky Sándoról Esztergom 1859. Assislati Dominicae.
- 2.) " " " " " ján 16.
- 3.) Kételew Részirat " " " jún 12.
- 4.) Scitovszky Sándoról " " " szept. 22. Terencz napján
- 5.) " " " " " ján 31.
- 6.) " " " " " febr. 16.
- 7.) " " " " " marc 2.
- 8.) " " " " " " 16.
- 9.) " " " " " " 30.
- 10.) " " " " " Dominica paschalis
- 11.) " " " " " maj 4.
- 12.) " " " " " maj 7.

13. Töpsäntori leivil Scitovorkyais eiklöl Esterjans 1859 mäs 29.<sup>eu</sup>  
 14. " " " " " " jumi 7.  
 15. " " " " " " jumi 26.  
 16. " " " " " " aig 3.  
 17. " " " " " " aig 29.  
 18. " " " " " " (befejorellan)  
 19. " " " " " " 1859 septembar 20.  
 20. " " " " " " festa Martin. B. M. V.  
 21. " " " " " " 1860 febr. 6.<sup>au</sup>  
 22. Pius papa Röövelo Roma - 1860 jumi 19.<sup>eu</sup>  
 23. Töpsäntori leivil Scitovorkyais eiklöl Esterjans 1860 febr. 6.<sup>eu</sup>  
 24. " " " " " " festa S. Augusti  
 25. " " " " " " nov. 9.<sup>eu</sup>  
 26. " " " " " " nov. 9.<sup>eu</sup>  
 27. " " " " " " febr. 8.<sup>au</sup>  
 28. " " " " " " febr. 8.<sup>au</sup>  
 29. " " " " " " 1861. jani 11.<sup>eu</sup>  
 30. " " " " " " janimar 20.<sup>au</sup>  
 31. " " " " " " jani 31.  
 32. " " " " " " festa S. Pauli.  
 33. " " " " " " Purif. B. M. V.  
 34. " " " " " " februar 7.  
 35. " " " " " " februar 27.<sup>eu</sup>  
 36. " " " " " " mars 10.<sup>eu</sup>  
 37. " " " " " " " 28.<sup>au</sup>  
 38. Mich. D. Tekete. Eppus. Vicarius " " april 11.<sup>eu</sup>  
 39. Töp. leivil Scitovorkyais eiklöl Esterjans 1861 mäjus 6.<sup>au</sup>  
 40. " " " " " " julius 5.  
 41. " " " " " " juli 10.  
 42. " " " " " " juli 27.

43. Töpsäntori leivil Scitovorkyais eiklöl Esterjans - 1861 aig 19.  
 44. " " " " " " 1861. sept 13.  
 45. Status catholicorum Londini Soc. Pa. Bouni - Niidobonac 1861.  
 46. Töp. leivil Scitovorkyais eiklöl Esterjans 1861. sept 20.  
 47. " " " " " " octob 9.  
 48. " " " " " " octob 29.  
 49. " " " " " " nov. 13.  
 50. " " " " " " nov 26.  
 51. " " " " " " decr 3.  
 52. " " " " " " decr 30.  
 53. " " " " " " jani 31.  
 54. " " " " " " 1860 sept 9.  
 55. " " " " " " " april 12.  
 56. " " " " " " " jumi 18.  
 57. " " " " " " " juli 14.  
 58. " " " " " " " August 16.  
 59. " " " " " " " August 5.  
 60. " " " " " " " octob. 24.  
 61. " " " " " " " novemb. 24.  
 62. " " " " " " " octob 24.  
 63. " " " " " " " nov. 1.  
 64. " " " " " " " octob 3.  
 65. " " " " " " " jani 20.  
 66. " " " " " " " martius 3.  
 67. " " " " " " " jumi 8.  
 68. " " " " " " " jul 4.  
 69. " " " " " " " mäjus 1.  
 70. " " " " " " " mäjus 5.  
 71. " " " " " " " febr. 18.  
 72. " " " " " " " decr 10.  
 73. " " " " " " " dec. 18

74. Top. level Scitovosky isvektöl Esterzsu 1860 festo s. Jacobi.  
 75 " " " " " " 1859 octob 9.  
 76 " " " " " " 1859 octob 13.  
 77 " " " " " " De administra-  
 tione peculi sacri Ecclesiarum et piarum funda-  
 tionum (Caput I)  
 78. Scitovosky. Normae in administratio Ecclesie  
 peculio observande (caput II)  
 79. Scitovosky. Normae in erigendis et administra-  
 dis piis fundationibus tenendas (caput III)  
 80. Scitovosky. Administrationis peculii ecclesiarum  
 et piarum fundationum. Superinspectio et  
 Racionarium (Caput IV)  
 81. Scitovosky. De administratione peculii singu-  
 lorum beneficiorum (Caput I-III)  
 82. Pro nobilitate statu (Kézirat)  
 83. Főpártosi level Scitovosky isvektöl 1859, apr. 8.  
 84 " " " " " " jún 1.  
 85 " " " " " " sept 23.  
 86 " " " " " " decemb 4.  
 87 " " " " " " novemb 27.  
 88 " " " " " " nov. 12.  
 89 " " " " " " okt 9.  
 90. " " " " " " dec 27.  
 91 " " " " " " sept 20.  
 92. " " " " " " octob 18.  
 93. " " " " " " marc 2.



(Folytatás a kötet végén)

*Topaprosi Revcler* 130

# JOANNES

S. R. E. TIT. S. CRUCIS IN HIERUSALEM PRESBYTER CARDINALIS

SCITOVSKY,

DEI ET APOSTOLICAE SEDIS GRATIA METROPOLITANAE ECCLESIAE STRIGONIENSIS ARCHIEPISCOPUS, SANCTAE SEDIS APOSTOLICAE LEGATUS NATUS, INCLYTI REGNI HUNGARIAE PRINCEPS PRIMAS, SUMMUS ET SECRETARIUS CANCELLARIUS, INSIGNIS ORDINIS S. STEPHANI REGIS APOSTOLICI PRAELATUS ET MAGNAE CRUCIS EQUES, INS. ITEM ORD. LEOPOLDI IMP. MAGNAE CRUCIS EQUES, S. C. ET R. APOSTOLICAE MAJESTATIS ACTUALIS INTIMUS CONSILIARIUS, SACERDOS JUBILARIS, AA. LL. ET PHIL. NEC NON SS. THEOL. DOCTOR, ETC. ETC.

Nr. 5229.

De Capitulari Administratione Foundationum.

**D**iu multumque exercuit illa quaestio hominum ingenia, imo etiam ecclesiasticarum et civilium iurisdictionum fatigavit consilia: qua ratione possint Capitalia fundationalia ita secunda reddi, ut et certum annue censum continuative fundant, et a frequentiori, pro conditione rerum humanarum, interitu vindicentur. Peculiorum ecclesiasticorum par sollicitudo meum quoque animum multum occupavit, quia haustis notitiis, vidi Capitalia Ecclesiarum et piarum foundationum non pauca periclitari, et quotannis aliquot propter inexigibilitatem, vel deperditas in parochiis Obligatoriales e Rationibus expungi.

Malo huic communi exponebantur quoque foundationes, administrationi Metropolitanani Capituli nostri creditae, ea tantum cum diversitate, quod hic obligatoriales debitorum omnes praesto sint, sed vero aliquae Capitalium summae in periculo deperditionis versentur, et periverint quoque. Annua autem interusura, penes adhibita omnia remedia in restantiis adcumulata habeantur. Hinc necessario provenire debuit, ut competentia annua interusura iis, ad quos de mente fundatorum pertinent, tradi non potuerint, vel aliunde mutuari debuerint; per quod querelis non paucis et perplexitatibus multis apertus est campus.

Pro posse calamitati huic prospecturus, administrationis modalitatem pro obiecto Visitationis Canonicae, penes Ecclesiam Metropolitanam asservatae, destinavi, et initis cum Metropolitanano Capitulo repetitis consultationibus, talia principia administrationis, vim Statutorum visitationalium obligationem induentium, habitura, ennuclavi, ut quid quid humanitus possibile est, id ad salvandas foundationes, et annuos earum census adhibeatur. Siquidem autem omnium temporum experientia abunde doceat, ordinarium illud medium qualitercunque circumscriptum (ut quippe solum penes hypothecam, fideiussionem, intabulationem, aliasque centenas cautelas fiant pecuniarum fundationalium elocationes — et si quis annum censum vel vice una non numeraverit, Capitale pro edicto habeatur) scopo plene non respondere, imo in recaptivationem periclitantium summarum, et adurgendas ac incassandas a debitoribus interusuriales restantias Advocatis, processibus, iudicibus, adeoque expensis quoque opus esse, in ordinario hoc modo salus foundationum nec locari potuit.

Reccurrendum itaque censuimus ad charitatem — coelestem illam virtutem, de qua scriptum est: „fide et spe, qua virtutibus divinis, major est charitas, utpote quae benigna est, patiens est, non quaerit, quae sua sunt, non irritatur, non cogitat malum“ — et convicti sumus, hac unice via optatam, et tamdiu quaesitam securitatem obtineri posse. Sicut laudabile est, dum plures personae societatem ineunt, ut sibi rerum suarum detrimentum passuris reciproce succurrant, ita improbari nequitiam potest, si plura Instituta utique a charitate profecta, eum in finem uniantur; ut singulum eorum aliquam falcidiam patiatur quidem, nullius tamen emolumenta vel ad tempus suspendantur, eo minus e toto pereant. Id quod his diebus eo magis necessarium est, quod plura Capitalia per privatos debitores in Chartis fundorum, onere levatorum, repersoluta, iussu altiori acceptari debuerint, a quibus nonnisi 5. flni percentum, et quidem deducta contributione, solum in valuta austriaca dependantur.

Ex hac idea, in lege charitatis fundata, glorioso Ecclesiae Catholicae exordio dum omnibus omnia fuerunt communia, usitata, et communionem Sanctorum ad vivum exprimente, egressus, cum Metropolitano Capitulo, asservatis hoc scopo pluribus visitationalibus Sessionibus, istud generale principium pro basi totius administrationis stabilivi:

A) omnes foundationes pro singula, et singulae pro omnibus cavent; adeoque quid quid uni fundationi decedit, a proportione decedit omnibus; ex hoc principio aliud necessario fluebat, quippe

B) ut omnia piarum foundationum Capitalia, curae Capituli Metropolitanani credita, commassentur, et in globo quoad conservationem obligatorum et incassationem annuorum interusuriorum per generalem Administratorem, e membris Capituli secretis votis deligendum, administrantur; quoad erogationes vero censuum iis quibus e mente fundatorum competunt, designati sunt particularium Cassarum (v. g. dioecesanarum — pauperum — Capitularis — Ecclesiae Cathedralis etc.) Administratores, pariformiter e Capitularibus per secreta vota nominandi; qui omnes ad reddendas annue rationes obligati sunt.

Manipulatio haec admodum extensa, notabilibus eget expensis annuis quibus perstringendis fundus pecuniarius parari debuit, per eos continuative conflandus, qui beneficio administrationis huius fruuntur. Hoc scopo,

1-o quivis, penes M. Capitulum fundationem habens, ex annuo suo censu duas centenas relinquit in cassa generali, (quod adusque etiam factum est) v. g. levandos haberet 100. flnos, accipiet 98., qui tamen curatelam numeratione Capitalis praevie securam reddidissent, centenas non dependunt.

2-o Cum major pars Capitalium in status chartis erga 5procentualem valutae austriacae censum existat et complura Capitalia privatis quoque locata, solum 5flnos Conv. Mon. annue proferant, ideo universim solum in 5. flnis aut in Mon. Conv. aut val. austr. (prout videlicet ipsa fundatio in Status obligatorialibus vel apud privatos existit) omnia interusura exolvuntur, et hoc ipso si quae adhuc capitalia sextum quoque florenum proferant, ille Cassae generali cedit. — Et proventus iste constituet cassam curatelaе, super qua Curator generalis annuas reddet rationes. Ex cassa hac curatelaе solventur:

a) omnes administrationis foundationum expensae, quales sunt: timbri, processuum, fiscalis, scribe, scripturistica, Cancellariae provisio etc. etc.

b) siquidem quotannis eveniat, ut omnes census nullo modo incassari possint, compensatio fiet ex cassa Curatelaе. — Unde sequitur

c) quod omnis et singulus quovis anno suam a fundatione competentiam sit percepturus, seu capitale tenens debitor solvat, vel non solvat annum censum.

d) Si penes omnem sollicitudinem aliquod capitale perire contigerit, illud non fundationi, sed Cassae Curatelaе perit.

e) Imo dante Deo benedictionem, Cassa Curatelaе eo cum tempore progredi poterit, ut illa falcidia quam adusque aliquae foundationes patiuntur, magna ex parte, aut plane ex toto resarciatur. Alioquin statuto cautum est curatelaе accrescentiam aliorum, quam ad emolumenta piarum foundationum provehenda convertere.

f) Insuper pro stricti observantia stabilitur, ut obtingentiae e foundationibus provenientes semestraliter nisi et quidem initio mensis Maii et Novembris exolvantur; hac enim ratione et transpositio quottarum compendiosior erit, et administratores Cassarum a continuis impetitionibus immunes reddentur; qui terminos hos non observaverint, quottam suam nisi proximi semestris tempore tollere poterunt; adeoque inculcatur omni et singulo, ut competentias suas statutis supra mensibus inomisse tollant.

g) Qui e piis Institutis pensione donati sunt, hanc singulo quadrante anni levare poterunt.

h) Qui Tirnaviae vicini sunt, aut saltem frequentiore cum urbe hac communicationem habent, ad obtinendum laboris compendium quietantias suas summum usque dimidium respectivi mensis Cancellariae Vicariali exhibeant, a qua subin competentiam suam percipere poterunt. —

i) Opportune in remotioribus imprimis a Sede Archi-Episcopali et Vicariali Districtibus VADiaconalibus unus e fratribus penes consignationem specificam quorumvis districtualium quietantias ad Cassarum administratores vel Cancellariam Vicariam promoveret et receptas pecunias concernentibus traderet.

120  
Ut plenior quique dispositionum harum nanciscantur notitiam, Consignationem status foundationum et competentiarum sub praesenti administratione singulo in ambitu cuiusvis Districtus obvenerint tabellariter communicare non intermittam, ut primum post paratas Rationes singulorum administratorum, calculus praecise initus fuerit.

Haec ideo fusius Vobis exponenda e re esse censebam, ut parte ex una consolationem habeatis; quod singulus Vestrum annuam suam obtingentiam pro certo accepturus sit, et ipsum Capitale fundationale securo loco positum existat; parte ex altera vero aequanimitate sustineatis, si obtingentiae Vestrae a piis foundationibus obvenerint tantisper minores fuerint, debitor sum Charissimi! non uni alterive Vestrum, sed omnibus Vobis; — nobilissimam, sed una maxime arduam hanc obligationem non nisi exposita modalitate adimplere valeo. Sed neque Vos Fratres et Filii charissimi acceptabilius Deo sacrificium ferre poteritis, quam si ex emolumentis Vestris pro sublevamine aliorum, imo pro salvanda bona causa quidpiam remiseritis; tunc adimpletur, quod per Apostolum dictum est: „Si quid patitur unum membrum, compatiuntur omnia membra.“

Quo autem ad charitatis christianae, imo fraternae officium consecrandum promptiores evadamus hodiernae festivitatis charitate super omnia provocamur: Salvator enim hodie natus est nobis, qui propter multam charitatem suam, qua dilexit nos, misertus est Nostri, ut dum Is esset ipsa charitas, nos essemus nova creatura in Ipso, etiam secundum exemplar, quod nobis in Ipso monstratur, faciamus! — Elevatis in coelum oculis, oro D. N. Jesum Christum! ut fidem et doctrinam, quam lingua nostra loquitur etiam moribus vita fateatur! Dominus, qui vivificat, det victuris in novo anno omnem prosperitatem — morituris finalem gratiam! Et Tu Virgo Sanctissima! Esto tutrix, et adiutrix christiani populi. Pacem praesta, ne molesta nos perturbent seculi! Amen. Dabam Strigonii in Solemniis Nativitatis Dominicae anno 1859. Presbyterii nostri anno quinquagesimo primo, Episcopatus trigesimo secundo, Archi-Episcopatus vero undecimo.

Joannuelard H. H. H.

# JOANNES

S. R. E. TIT. S. CRUCIS IN HIERUSALEM PRESBYTER CARDINALIS

SCITOVSZKY,

DEI ET APOSTOLICAE SEDIS GRATIA METROPOLITANAE ECCLESIAE STRIGONIENSIS ARCHIEPISCOPUS, SANCTAE SEDIS APOSTOLICAE LEGATUS NATUS, INCLYTI REGNI HUNGARIAE PRINCEPS PRIMAS, SUMMUS ET SECRETARIUS CANCELLARIUS, INSIGNIS ORDINIS S. STEPHANI REGIS APOSTOLICI PRAELATUS ET MAGNAE CRUCIS EQVES, INS. ITEM ORD. LEOPOLDI IMP. MAGNAE CRUCIS EQVES, S. C. ET R. APOSTOLICAE MAJESTATIS ACTUALIS INTIMUS CONSILIARIUS, SACERDOS JUBILARIS, AA. LL. ET PHIL. NEC NON SS. THEOL. DOCTOR, ETC. ETC.

Diu multumque exercuit illa quaestio hominum ingenia, imo etiam ecclesiasticarum et civilium iurisdictionum fatigavit consilia: qua ratione possint Capitalia fundationalia ita secunda reddi, ut et certum annue censum continuative fundant, et a frequentiori, pro conditione rerum humanarum, interitu vindicentur. Peculiarum ecclesiasticorum par sollicitudo meum quoque animum multum occupavit, quia haustis notitiis, vidi Capitalia Ecclesiarum et piarum foundationum non pauca periclitari, et quotannis aliquot propter inexigibilitatem, vel deperditas in parochiis Obligatoriales e Rationibus expungi.

Malo huic communi exponebantur quoque foundationes, administrationi Metropolitanani Capituli nostri creditae, ea tantum cum diversitate, quod hic obligatoriales debitorum omnes praesto sint, sed vero aliquae Capitalium summae in periculo deperditionis versentur, et periverint quoque. Annua autem interusura, penes adhibita omnia remedia in restantiis accumulata habeantur. Hinc necessario provenire debuit, ut competentia annua interusura iis, ad quos de mente fundatorum pertinent, tradi non potuerint, vel aliunde mutuari debuerint; per quod querelis non paucis et perplexitatibus multis apertus est campus.

Pro posse calamitati huic prospecturus, administrationis modalitatem pro obiecto Visitationis Canonicae, penes Ecclesiam Metropolitanam asservatae, destinavi, et initis cum Metropolitanano Capitulo repetitis consultationibus, talia principia administrationis, vim Statutorum visitationalium obligationem induentium, habitura, ennuclavi, ut quid quid humanitus possibile est, id ad salvandas foundationes, et annuos earum census adhibeatur. Siquidem autem omnium temporum experientia abunde doceat, ordinarium illud medium qualitercunque circumscriptum (ut quippe solum penes hypothecam, fideiussionem, intabulationem, aliasque centenas cautelas fiant pecuniarum fundationalium elocationes — et si quis annum censum vel vice una non numeraverit, Capitale pro edicto habeatur) scopo plene non respondere, imo in recaptivationem periclitantium summarum, et adurgendas ac incassandas a debitoribus interusuriales restantias Advocatis, processibus, iudicibus, adeoque expensis quoque opus esse, in ordinario hoc modo salus foundationum nec locari potuit.

Reccurendum itaque censuimus ad charitatem — coelestem illam virtutem, de qua scriptum est: „fide et spe, qua virtutibus divinis, major est charitas, utpote quae benigna est, patiens est, non quaerit, quae sua sunt, non irritatur, non cogitat malum“ — et convicti sumus, hac unice via optatam, et tandiu quaesitam securitatem obtineri posse. Sicut laudabile est, dum plures personae societatem ineunt, ut sibi rerum suarum detrimentum passuris reciproce succurrant, ita improbari nequiquam potest, si plura Instituta utique a charitate profecta, eum in finem uniantur; ut singulum eorum aliquam falcidiam patiat quidem, nullius tamen emolumenta vel ad tempus suspendantur, eo minus e toto pereant. Id quod his diebus eo magis necessarium est, quod plura Capitalia per privatos debitores in Chartis fundorum, onere levatorum, repersoluta, iussu altiori acceptari debuerint, a quibus nonnisi 5. fmi percentum, et quidem deducta contributione, solum in valuta austriaca dependantur.

Nr. 5229.

De Capitulari  
Administratione  
Foundationum.

Ex hac idea, in lege charitatis fundata, glorioso Ecclesiae Catholicae exordio omnibus omnia fuerunt communia, usitata, et communionem Sanctorum ad vivum exprimente, egressus, cum Metropolitano Capitulo, asservatis hoc scopo pluribus visitationalibus Sessionibus, istud generale principium pro basi totius administrationis stabilivi:

A) omnes foundationes pro singula, et singulae pro omnibus cavent; adeoque quid quid uni foundationi decedit, a proportione decedit omnibus; ex hoc principio aliud necessario fluebat, quippe

B) ut omnia piarum foundationum Capitalia, curae Capituli Metropolitanus credita, commassentur, et in globo quoad conservationem obligatorum et incassationem annuorum interusuriorum per generalem Administratorem, e membris Capituli secretis votis deligendum, administrentur; quoad erogationes vero censuum iis quibus e mente fundatorum competunt, designati sunt particularium Cassarum (v. g. dioecesanæ — pauperum — Capitularis — Ecclesiae Cathedralis etc.) Administratores, pariformiter e Capitularibus per secreta vota nominandi; qui omnes ad reddendas annue rationes obligati sunt.

Manipulatio haec admodum extensa, notabilibus eget expensis annuis quibus perstringendis fundus pecuniarius parari debuit, per eos continuative conflandus, qui beneficio administrationis huius fruuntur. Hoc scopo,

1-o quivis, penes M. Capitulum foundationem habens, ex annuo suo censu duas centenas relinquit in cassa generali, (quod adusque etiam factum est) v. g. levandos haberet 100. finos, accipiet 98., qui tamen curatelam numeratione Capitalis praevis securam reddidissent, centenas non dependunt.

2-o Cum major pars Capitalium in status chartis erga 5procentualem valutæ austriacæ censum existat et complura Capitalia privatis quoque locata, solum 5finos Conv. Mon. annue proferant, ideo universim solum in 5. finis aut in Mon. Conv. aut val. austr. (prout videlicet ipsa fundatio in Status obligatorialibus vel apud privatos existit) omnia interusura exolventur, et hoc ipso si quæ adhuc capitalia sextum quoque florenum proferant, ille Cassæ generali cedit. — Et proventus iste constituet cassam curatela, super qua Curator generalis annuas reddet rationes. Ex cassa hac curatela solventur:

a) omnes administrationis foundationum expensæ, quales sunt: timbri, processuum, fiscalis, scribae, scripturistica, Cancellariae provisio etc. etc.

b) siquidem quotannis eveniat, ut omnes census nullo modo incassari possint, compensatio fiet ex cassa Curatela. — Unde sequitur

c) quod omnis et singulus quovis anno suam a foundatione competentiam sit percepturus, seu capitale tenens debitor solvat, vel non solvat annum censum.

d) Si penes omnem sollicitudinem aliquod capitale perire contigerit, illud non foundationi, sed Cassæ Curatela perit.

e) Imo dante Deo benedictionem, Cassa Curatela eo cum tempore progredi poterit, ut illa falcidia quam adusque aliquæ foundationes patiuntur, magna ex parte, aut plane ex toto resarciatur. Alioquin statuto cautum est curatela accrescentiam aliorum, quam ad emolumenta piarum foundationum provehenda convertere.

f) Insuper pro stricti observantia stabilitur, ut obtingentia e foundationibus provenientes semestraliter nisi et quidem initio mensis Maii et Novembris exolvantur; hac enim ratione et transpositio quottarum compendiosior erit, et administratores Cassarum a continuis impetitionibus immunes reddentur; qui terminos hos non observaverint, quottam suam nisi proximi semestris tempore tollere poterunt; adeoque inculcatur omni et singulo, ut competencias suas statutis supra mensibus inomisse tollant.

g) Qui e piis Institutis pensione donati sunt, hanc singulo quadrante anni levare poterunt.

h) Qui Tirnaviae vicini sunt, aut saltem frequentiore cum urbe hac communicationem habent, ad obtinendum laboris compendium quietantias suas summum usque dimidium respectivi mensis Cancellariae Vicariali exhibeant, a qua subin competentiam suam percipere poterunt. —

i) Opportune in remotioribus imprimis a Sede Archi-Episcopali et Vicariali Districtibus VADiaconalibus unus e fratribus penes consignationem specificam quovis districtualium quietantias ad Cassarum administratores vel Cancellariam Vicarialem promoveret et receptas pecunias concernentibus traderet.

Ut plenior quique dispositionum harum nanciscantur notitiam, Consignationem status foundationum et competentiarum sub praesenti administratione singulo in ambitu cuiusvis Districtus obvenientium tabellariter communicare non intermittam, utprimum post paratas Rationes singulorum administratorum, calculus praecise initus fuerit.

Haec ideo fusius Vobis exponenda e re esse censebam, ut parte ex una consolationem habeatis; quod singulus Vestrum annuam suam obtingentiam pro certo accepturus sit, et ipsum Capitale fundationale securo loco positum existat; parte ex altera vero aequanimiter sustineatis, si obtingentia Vestrae a piis foundationibus obvenientes tantisper minores fuerint, debitor sum Charissimi! non uni alterive Vestrum, sed omnibus Vobis; — nobilissimam, sed una maxime arduam hanc obligationem non nisi exposita modalitate adimplere valeo. Sed neque Vos Fratres et Filii charissimi acceptabilius Deo sacrificium ferre poteritis, quam si ex emolumentis Vestris pro sublevamine aliorum, imo pro salvanda bona causa quidpiam remiseritis; tunc adimplebitur, quod per Apostolum dictum est: „Si quid patitur unum membrum, compatiuntur omnia membra.“

Quo autem ad charitatis christianae, imo fraternae officium consecrandum promptiores evadamus hodiernae festivitatis charitate super omnia provocamur: Salvator enim hodie natus est nobis, qui propter multam charitatem suam, qua dilexit nos, misertus est Nostri, ut dum Is esset ipsa charitas, nos essemus nova creatura in Ipso, etiam secundum exemplar, quod nobis in Ipso monstratur, faciamus! — Elevatis in coelum oculis, oro D. N. Jesum Christum! ut fidem et doctrinam, quam lingua nostra loquitur etiam moribus vita fateatur! Dominus, qui vivificat, det victuris in novo anno omnem prosperitatem — morituris finalem gratiam! Et Tu Virgo Sanctissima! Esto tutrix, et adiutrix christiani populi. Pacem praesta, ne molesta nos perturbent seculi! Amen. Dabam Strigonii in Solemniis Nativitatis Dominicae anno 1859. Presbyterii nostri anno quinquagesimo primo, Episcopatus trigesimo secundo, Archi-Episcopatus vero undecimo.

Joannuelard H. H. H.

2

# Venerabili Clero Archi-Dioecesis Nostrae Strigoniensis Salutem in Domino et paternam Benedictionem!

Nr. 50.  
anni 1859.

Defectibus scholaribus medendi modus indigitur.

C. r. sectio Locumtenentialis Poseniensis ope Rescripti, nexu exhibitarum sibi particularium de scholis relationum ad me directi, sub 18-a Decembris anni proxime elapsi N. 30563. significat: e contextu plurium in re scholari factarum via dioecesana idmodi remonstrationum manifeste evenire, quod nonnulli scholarum Inspectores numerosos materiales intuitu scholarum defectus et hiatus, in obversum iterato editarum a dicta sectione Locumtenentiali in viationum, primum cum fine anni scholastici indicaverint et defectuum idmodi haud sublato culpani politicis Jurisdictionibus tribuant, quin fundate adnotent, quosnam ipsi ad ferendam malo medelam e parte sua, pro ratione incumbentis sibi muneris passus praesuseperint. Quo igitur reflexionibus idmodi ultro occurratur, legaliterque inductus quibusvis scholarum defectibus medendi mos, in sensuetiam meorum sub 5-a Septembris anni praet. N. 3662. nec non 22-a Octobris a. ejusdem N. 4603 publicatorum ordinum efficaciter exposit manuteneatur, ductu principiorum, sic dicta „provisoria pro scholarum Inspectoribus instructione“ comprehensorum, normae instar sequentia deserviant, et quidem:

a) Si querela officiose ad scholarum Inspectores perlata adversus Docentem dirigitur, audito praevis localis Curato, ubi eadem veritate nititur, ipsi complananda committetur; si vero gravitas negotii exposcat, investigationem in facie loci vel in silentio, vel cum publicitate ipse scholarum Inspector praesuscipiet. Quodsi malum monitione et pacifica complanatione mediante sufferri haud valeret, verum strictior procedura ineunda et in eusati Docentis punitio vel plane dimissio e servitio projectanda foret: remonstratio documentis et fassionali protocollo instructa, et quidem, si querela e capite indebitarum exactionum suscitata esset, politicae Jurisdictioni, si vero munus vel moralitatem Docentis attineret, Ordinariatui exhibenda erit. Quodsi Docens delicti cujuscumque iudicio criminali obnoxii inculparetur, scholarum Inspector citra ullam investigationem negotium competenti Iudicio insinuabit, sententiamque abinde ferendam pro congruo officii usu secum communicari petet, ut ex eadem cognoscat, num adversus poena affectum idmodi Docentem via disciplinari ulteriora forte praesuscipi debeant? quo in casu Ordinariatui desuper referendum erit.

b) Si Docens adversus Communitatem ex obtutu praestationum quereretur, scholarum Inspectoris erit realitatem expositionis e praeeistentibus scholaribus documentis, Contractibus, fassionibus etc. cognoscere; eadem cognita gravaminis sublacionem tum mediante Curati cooperatione, tum etiam propria interpositione apud Communitatem congruis modis sollicitare, conatibusque in irritum cadentibus rem politicae Jurisdictioni pro medela denunciare.

c) Quodsi denique e capite defectuum aedilium aut requisitae instructionis scholaris gravamen surgeret: scholarum Inspector comparata sibi de fundamento querelae idmodi convictione, eandem pro adiunctorum ratione vel mediante Communitatis superiore sufferendam curabit, vel ad casum renisus eiusdem, uti etiam, si notabilior aedilitas deposceretur, indilate negotium circulari Jurisdictioni politicae substernet.

Cardo rei in eo vertitur, ut occurrentes in re scholari defectus, utprimum scholarum Inspector sua via ad notitiam eorum devenerit, praescripta modalitate extemplo tollere satagat, atque tum primum, ubi officiosae suae interpositioni impedimenta poni, vel talem effectum carere adverterit, de casu in casum horum fine medelae se convertat. Strigonii die 2-a Januarii 1859.

Nr. 61.

Statio Docentis in Felső-Diós vacans publicatur.

Concursus pro statione Docentis una cantoris slavici labii in oppido Felső-Diós Com. sup. Nitr. vacante in 10-am Februarii a. curr. praesentibus defigitur. Reditus cum statione hac coniuncti absolvuntur sequentibus: agro 9. metr. pos. capace; prato 2. falcastrorum; 1½. fossorum vinea; pascuo pro pecore; 48. flnis MC.



e cassa Communitatis; 33. fnis MC. e stola, sacris et pulsu; 80. fnis MC. titulo didactri; 16. metr. pos. siliginis; 1/2 centenario bubulae a Dominio; 6. urnis vini; 6. curribus ligni ramalis; 3. orgiis ligni pro calefactione scholae; denique 232. fnis MC. ad complementum congruae. in 460. fnis MC. legaliter defixae a Communitate solvendis. E proventibus his subdocens quoque intertenendus ac solvendus est. Habitatio duobus cubilibus, culina, camera stabulo et reclinio constat. Recursus debite instructi Comiti Joanni Pálffy inscribendi et Districtus Szomolányensis surr. VADiacono Francisco Jelinek, Parocho Longovillensi ad praedictum exhibendi erunt. Quosuper Docentes subdocentesque congrue edoceatis. Strigonii die 3-a Januarii 1859.

**Nr. 128.**  
Catalogus librorum scholarium transponitur.

Catalogum venalium in c. r. bibliopolio Viennensi scholasticorum librorum et aliorum literariorum requisitorum exhibens Rescriptum sectionis Locumtenentialis Posoniensis, sub 29-a Octobris a. praet. Nris <sup>26681/4853</sup> editum, scholarum Inspectoribus intra ambitum dictae sectionis existentibus, pro congruo notitiae et directionis statu in adnexo .|· communico. Strigonii die 5-a Januarii 1859.

**Nr. 147.**  
Genevensi pro Ecclesia collecta instituitur.

Sua Maiestas Sacratissima benigne indulgit, ut per Monarchiam Austriacam Episcopus Genevensis Marilley, medio Sacerdotis Rinderknecht, intra decursum medii anni collectam pro ponenda Honoribus Immaculatae Virginis Matris in Civitate Geneva Ecclesia instituere possit. Strigonii die 7-a Januarii 1859.

**Nr. 323.**  
Fassiones scholares adurgentur.

Ad cognoscendum, qualiter c. r. politica Dicasteria fundatis querelis, ubi tales debite innotescunt, medelam quam promptissime adferre satagant, serviat c. r. sectionis Locumtenentialis Posoniensis Rescriptum ddo 31-ae Dec. a. praet. Nris <sup>31924/5810</sup> ad me directum, ope cuius paria communicat Circularium ad omnes c. r. Comitatus Jurisdictiones, intra ambitum Locumtenentiae suae constitutas dimissarum, quibus easdem nexu editorum sub 10-a Octobris 1856. N. 26333. eatenus ordinum urgeter provocat: ut sic dictas Fassiones scholares, fundamento normalium Excelsi institutionis Ministerii ordinum, citra ullam moram, universim commissionaliter praesuscipere, resultatumque operationis huius extemplo, de progressu vero dicti negotii de tempore ad tempus suo loco referre noverint. Quod ipsum pro directivo notitiae statu et conquiescentia Vobis hisce annuncio. Strigonii die 16-a Januarii 1859.

benevolus

*Joannuelard H. Episcopus*

circulares ad omnes districtus vobiscum, capitula et seminaria  
Savigonni die 12<sup>a</sup> Junii 1859.

3

Jam dominica Palmarum discessi,  
ut in omnibus Ecclesiis cum invocac-  
tione Immaculatae Virginis fervidae  
ad Deum fundantur preces, quo  
matrem misericordiae nobis propi-  
tiam reddamus et dulcissimae eti-  
am scolis Jesu Christi protec-  
tionem mereamur. Ab eo tempore  
ipso quoque Beatissimus Pater  
praecipere haud omisit, ut in univer-  
sa Pontificia ditione publicae clem-  
entissimae misericordiarum Patri  
offerantur preces, imo illustra  
praedecessorum suorum exempla  
sectando ad nostras ac totius Europae  
preces conjungere constituit. Litera-  
rum, quae paternam suae Sanctita-  
tis sollicitudinem aperte loquuntur,  
tenor est sequens:

Sat agentis, solliciti, in tribulatio-  
ne positi verba esse ista, nemo  
vestrum non videt. Erat multa  
patiens, de malo liberari deside-  
rans. Novissimi eventus, quos fama  
velox et pagellae publicae divulgant,  
sat superque ostendunt, non esse in  
alio aliquo salutem, quam in eo,  
qui videt ad dexteram Patris, qui olim  
injevit vento et mari, factaque est  
tranquilla: nunc quivis nisi  
ipse potest sedare bellorum furorem,  
et parare pacem, quam sine sangui-  
ne generat humane proserit. Omnino  
patro pro Deum spes et fiducia  
nostra est in Immaculata illa  
Virgine, quae ab impetrata non  
semel Christianorum armis Victoria,  
consolationis et spei pro nobis  
plenissimo titulo, auxiliatrix Christi-  
anorum salutatur.

Quo magis igitur ingravescit  
tempestas, quae animos omnium  
terret:

4

# Venerabili Clero Archi-Dioecesis Nostrae Strigoniensis Salutem in Domino et paternam Benedictionem!

Magna divinae institutionis salubritate provisum est, ut ad reparandam mentium puritatem quadraginta Nobis dierum exercitatio mederetur, in quibus aliorum temporum culpas et pia opera redimerent et ieiunia casta decoquerent. Licet enim peccatores continuo memores esse oporteat „quia malum et amarum est reliquisse Dominum Deum suum“ (Jer. 2, 19.) et ideo quacunque hora ceciderint, impigre sequi debeant vocem Domini per Prophetam ad poenitentiam vocantis: „Convertimini ad me in toto corde vestro, in ieiunio, et in fletu et in planctu“; (Joel 2, 12.) acceptabili tamen Quadragesimae tempore, diebus istis salutis et corporis castigatio et peccatorum expiatio longe facilius redditur, ac aliis anni temporibus; imo ipsa Ecclesiae instituta non tam invitant, quam compellunt potius „ut derelinquat impius viam suam et vir iniquus cogitationes suas et revertatur ad Dominum.“ (Isai. 55, 7.)

**Nr. 569.**  
de S. Quadragesima, quali cum spiritu celebranda.

Iam ipsa Ecclesia Jesu Christi, quia memoriam passionis sponsi sui celebrat, deposito ornatu et pompae splendore, vestimenta luctus induit et quemlibet fidelium quodammodo hortatur, ut abrenunciando satanae et pompis eius, novum hominem induat, qui secundum Deum creatus est in iustitia et sanctitate veritatis. (Ephes. 4, 24.) Dum cineres capitibus aspergit, dicens per ministrum suum: „Memento homo, quia pulvis es et in pulverem reverteris“ quid aliud intendit, quam nos reflectere noctis, in qua nemo poterit operari, reflectere horribilis illius momenti, dum lignum, in quocunque loco ceciderit, ibi erit, (Eccl. 11, 3.) igitur operemur bonum, donec tempus est et praecipemus faciem Domini in confessione. Sacerdotes, ministri Domini, diutius ac alias, inter vestibulum et altare morantur, longiores praeces fundunt, ut exemplo suo teporem animo nostro excutiant, ad meditanda redemptionis Sacramenta invitent; quo sic tandem a mundo avocemur, ad nos ipsos revertamur, fodiamus parietem, eiiciamus ossa mortuorum, quibus templum Domini profanavimus. Continuum quodammodo et strictum nobis ieiunium iniungit, „ut castigatis colluctationibus, quae sunt inter utramque substantiam, animus, quem sub gubernaculis Dei constitutum corporis sui decet esse rectorem, dominationis suae obtineat dignitatem:“ (S. Leo serm. 4. de quadr.) ut subtrahentes corpori voluptatem, peccata nostra castigatione voluntaria cohibeamus et temporaliter potius maceremur, quam suppliciis deputemur aeternis. Et quo magis appropinquat dies, in quo redempti sumus, Ecclesia quoque divina mysteria eo sensibilius et prolixius celebrat, ut nostras rebelles voluntates ad sectanda illius vestigia compellat, qui pro nobis passus et mortuus est.

His omnibus conversionis adminiculis accedunt etiam fidelium exempla. Ipsi advertere potuistis Fratres Charissimi! quam libenter his diebus fidelis populus Tempia adire, in oratione diutius perseverare, verbum Dei maiori aviditate audire, divinis mysteriis ardentiori pietate adsistere, in tribunali poenitentiae maiorem dolorem, sinceritatem et vitae novae propositum ostendere, non obstante paupertate corpus ieiuniis castigare, imo insolita alias pietatis exercitia obire soleat. Eiusmodi exempla intuentium animos altius penetrant et spiritum poenitentiae ac vitae inculpatae studium potentius inflammant.

Vestrum igitur erit, Charissimi Fratres! ut isto etiam Quadragesimae tempore exemplum sitis fidelium, tum in omni genere virtutum, tum in specie quoad exercenda poenitentiae opera. Procul sit a Vobis illorum sive mollities, sive fallax philosophia, qui observantiam ieiunii nimis arduam, valetudini corporis noxiam, vel plane impossibilem esse clamitant; certe ciborum abundantia et varietas non tantum vigorem mentis hebetat, animi celsitudinem impedit, sed corporis etiam firmitatem


peccumdat; ieiunio multorum aetatem ad seram usque senectam provecam, ingluvie vero vitam praemature extinctam esse experientia didicimus. Estote assidui in oratione, tum ut pro peccatis propriis Deum deprecemini, tum ut pro populo Vobis commisso cor contritum et spiritum humiliatum impetretis. Estote fervidi in praedicanda salutis doctrina; sermo Dei semper quidem vivus est et efficax, ac penetrabilior omni gladio ancipiti; hoc tamen acceptabili tempore eo uberiores feret fructus, quo magis animi fidelium dispositi sunt ad illud excipiendum et opere complendum. In celebrandis divinis mysteriis eo ferventiore pietate, maiori alacritate versemini, quo magis necessarium est his temporibus, ut reviviscenti fidelium pietati novos continuo igniculos subiiciatis. Nulla proinde sit dies, qua Sacrificium missae non celebraretis. — In tribunali praecipue poenitentiae illa doctrinae praestantia, compassionis affectu et charitatis dulcedine munus pastoris exerceatis, ut omnibus palam reddatur, Vos illius spiritu animari, cuius legatione fungimini in terris. Ideo, sicut reliqua quae pro sacra Quadragesima tam relate ad Vos, quam relate ad fideles Vestros festo S. Agnetis V. M. 1854. sub Nr. 450. praescipsi, ita in specie sacrum recessum, et publicam in quovis Districtu Sacramentorum Poenitentiae et Eucharistiae susceptionem, hoc quoque anno religiose observetis.

Nostis quippe, Charissimi Fratres! nuperna Concilii celebratione Antistites Provinciae istius Strigoniensis nihil magis intendisse, quam ut color optimus restitatur, idest, ut et in Clero primitiae spiritus Apostolici, et in populo corda patrum reviviscant; pervenit id quoque ad notitiam Vestram, quod acta Concilii illius prope diem Romae remittenda sint. Restat proinde, ut quae salubriter constituta sunt, ea ad pastorum et populorum notitiam perferantur, ac sincera eorundem observantia quo certius procuretur. Necessarium ad obtinendum hunc scopum est, ut praecipue ipsi pastores aetatis praeiudicia eliminant, intineque convincantur tales futuros esse populos, quales ipsi pastores erunt et esse contendunt. Cum spiritu Dei vel Nos immutabimus faciem terrae, vel nemo alter. Frustra allegamus morum corruptores, universalem fere morum corruptionem; in his omnibus superamus per Eum, qui misit Nos, ut eamus et fructum afferamus. Non sine causa dixit divinus Salvator: „confidite, ego vici mundum; qui olim Apostolorum praedicatione totum mundum convertit, per Nos quoque destruet omnem altitudinem extollentem se adversus scientiam Dei, et captivabit omnem intellectum in obsequium Christi, modo virtutem eius assidue invocemus, spiritum induamus et simus exemplum fidelium in verbo et opere.

Agite itaque Fratres Charissimi! praecipue autem imminentis Sacrae Quadragesimae tempore agite, ut socias Episcopo animarum Vestrarum iungatis manusi Praeperate corda Vestra, ut quae ad salutem Vestram, ad vindicandum ordinis Vestri honorem salubriter statuta sunt, et ipsi religiose custodiatis, et unusquisque Vestrum in sua sphaera observari curet. Praeparate sensim etiam populum, ut docili et prompto animo excipiat, quae ad illius etiam salutem tam temporalem, quam aeternam sancita sunt. Si ita animati fueritis, confido in Domino Jesu, quod labor Noster in celebratione Concilii exantlatus non sit cassus futurus; imo Ecclesiae Jesu Christi consolatio, supremis Pastoribus gaudium, Vobis autem et fidelibus Vestris pax et benedictio sit accessura, quam peramanter precor et impertio.

Caeterum quaequae prioribus annis de dispensatione in lege ieiunii seu quoad populum, seu quoad Vos ipsos enunciavi repetitum, ea iterato inculco et sancte observari cupio. Domine adiuva nos, propter Nomen tuum! Strigonii festo S. Francisci Salesii Ep. C. 1859.

benevolus



## Venerabili Clero Archi-Dioecesis Nostrae Strigoniensis Salutem in Domino et paternam Benedictionem!

Quaeritur de baptismo Joannis condam Széplaky eum ad effectum, ut locus originis eius hac ratione eruatur. Totum quod de eo scitur eo redit, quod ille ab anno 1767. in gremio ADioecesis huius deguerit, quin et a. 1799. hic matrimonio iunctus fuerit. Ubi tamen natus fuerit? ignoratur. Quo igitur vestigium loci originis eius detegi forte valeat, praesentibus dispo, ut in singulis ADioecesis huius parochiis matricae baptisatorum ab a. 1730. usque 1760 perquirantur, et sive detectum fuerit vestigium collati eidem Joanni Széplaky baptismi, sive non: horsum referatur, — affirmative aut negative. Districtualis VADiaconi erit responsa Curatorum sui Districtus colligere, et generice duntaxat referre, num vestigium baptismi, de quo quaeritur in parochiis sui Districtus detectum fuerit, an secus? Si nomen Joannis Széplaky alicubi detegeretur: referatur quibus parentibus natus fuerit, et quo anno? Strigonii die 20-a Januarii 1859.

**Nr. 398.**

De baptismo  
Joannis Széplaky  
quaeritur.

Excelsum c. r. publicae Institutionis Ministerium ope Resolutionis sub 21-a Decembris a. pr. Nr. 22107. ad tollendas omnes dubietates declaravit: quod sub expressione „Lehrer der Volksschulen“ §. 19-o altissimarum Patentium, circa qualiter statuendum militem ddo 29-ae Sept. a. ei. editarum occurrente, non solum Docentes superiores (Oberlehrer), alii item (Lehrer), verum omnes etiam subdocentes adiuncti et subsidiarii Docentes, in systemis stationibus legaliter adpliciti et ad prosequendam in scholis popularibus institutionem necessarii intelligendi veniant; ut adeo subdocentes hi, utpote quorum iuxta praescriptum facta adplicatio eundem in modum, prouti Docentum, permanens est, ceu ab obligatione militandi immunes considerandi et tractandi sint. Quam declarationem, ceu in principiis institutionis scholarum popularium radicatum, mecumque via c. r. sectionis Consilii Locumtenentialis Poseniensis sub 1-a Januarii a. curr. Nris <sup>32691/5946</sup> communicatam Vobis pro directione ad notitiam perferro. Strigonii die 23-a Januarii 1859.

**Nr. 484.**

Docentes et sub-  
docentes a mi-  
litando liberi.

Pro statione Docentis labii slavici in Nemes-Kürt, ad Parochiam Udvarnok filiali, Concursus in 10-am Martii a. curr. praesentibus defigitur. Emolumenta eius sunt: e cassa Communitatis 50. flni MC. a singula prole scholari, quarum numerus ad 75. excurrit, 48. xri MC. et  $\frac{1}{2}$  metr. pos. siliginis. Duae orgiae ligni duri. Liberum pascuum pro duabus vaccis usque secururam terreni commassationem, hac vero superveniente  $\frac{1}{2}$  sessio colonialis terrae arabilis obtinget. Domus conducta uno cubili pro scholaribus, altero pro Docente, item culina, camera, cellario et stabulo, nec non hortulo  $\frac{1}{2}$  metr. poson. capace absolvitur. Recursus debite instructi VADiacono Districtus Ujlakensis Antonio Fritsch, Parocho Lakácsensi inscribantur et usque praefixum terminum exhibeantur. Strigonii die 26-a Januarii 1859.

**Nr. 540.**

Docentis in Ne-  
mes-Kürt statio  
publicatur.

C. r. Sectio Locumtenentialis Budensis ope Rescripti sub 15-a curr. Nr. 1610. horsum directi Docentes quospiam a munere docendi amotos esse fine publicationis significat, sunt autem hi: Andreas Jakubovics, Docens in Zohor, e capite commissae maleversationis; Josephus Mandl, Docens scholae normalis Salisburgi, ob crimen seductionis ad lasciviam; denique Josephus Pohl condam Docens scholae elementaris in Polgovitz, Moraviae loco, ob complicitatem in maleversatione; quorum omnes ad docendum inhabiles declarati, ubi libertati redditi fuerint, ad munus institutionis sive publicum sive privatum nusquam adplicari poterunt. Id quod fine adnotationis in libro scholari faciendae Vobis annunciatur. Strigonii die 28-Januarii 1859.

**Nr. 585.**

Quipiam a do-  
cendo amoti.

Ad tollendas dubietates ratione influxus, in nominationem Docentum a Curatis localibus exerendi, in quibusdam Districtibus VADiaconalibus obortas reflectendum habeo, talem ope ministerialis Resolutionis ddo 27-ae Octobris 1857. N. 746. emanatae, utpote qua negotium nominationis Docentum pro scholis popularibus regulatur, nec succussam quidem, multominus sublatam esse; praeterquam enim quod

**Nr. 602.**

Parochorum et  
Communitatis in  
nominationem  
Docentum in-  
fluxus. Examen  
concuruale.

§-us praecitatae Resolutionis 15-us 20-us et 24-us Curati influxum haud obscure subinsinuet: idem Excelsum Ministerium, quod dictam Resolutionem edidit, ceu optimus verborum suorum interpres, eam sub 12-a Martii 1858. N. 4320. dedit declarationem, quod scholarum Inspector tam occasione propositionis pro complendis Docentum stationibus, quam occasione adplicationis subdocentum mutuum cum localibus Curatis cointelligentiam fovere, obtutusque eorundem congrue respectare debeat.

Sed nec Communitatibus localibus, utpote quae e peculio suo scholae magistrum sustentant, suum in momentoso hoc nominationis negotio negatur votum, utpote de quibus in praecitata Excelsi Ministerii declaratione clare asseritur: per superiorem Communitatis (Gemeindevorstand) cuius in regulativa Ministerii Resolutione §. 15-o mentio fit, neutiquam singularem personam, verum semper reliquos etiam Communitatis primores, quodumcunque nomine veniant, intelligendos esse, utpote per quos, sive votum duntaxat expetendum, sive ius candidationis exercendum sit, Communitas parochiana repraesentatur, ut adeo votum et desiderium Communitatis, si tale legali exceptioni obnoxium haud esset, insuper haberi omnino nequeat.

Multi porro scholarum Inspectores, et recte quidem, nuda testimoniorum in Concursibus exhibitione haud contenti, concurrentes praesertim quoad practicam institutionis methodum probae subiiciunt, taliterque convictionem de habilitate eorundem, quam attestata ipsorum loquuntur, ipsi sibi comparare nituntur. Concursuale idmodi examen, ut universaliter inducatur, optandum sane foret vel ideo, ut Docentibus ad consecrandam, ultroneam in methodo docendi perfectionem, occasione Concursuum palam contestandam, potentem addat stimulum; proba nihilominus talis praecitata normali ministeriali Resolutione haud inculcatur, nec nisi habilitas concurrentium ratione muneris cantoralis, §-o 24-o pro re nata ope probae coram peritis instituendae aliquanda disponitur. Strigonii die 30-a Januarii 1859.

Nr. {606.  
      {607.

Concursus pro  
statione Docentis  
in Imely et  
Réthe indicitur.

Pro vacante in Imely et Réthe (ad Boldogfalva filiali) labii hungarici Docentis una Cantoris statione Concursus pro 10-a Martii a. curr. indicitur.

Emolumenta prioris sunt: in agris iugera 13; in pratis 8. falcastra; pascuatio libera; 25. metr. pos. siliginis; a communitate 42. fni MC. 6. librae sebi et 4. orgiae lignorum focalium; ab inquilinis incirca 5. fni MC; e fundo Religionis 5. fni 7. xri MC; e fundo studiorum 5. fni 17. xri MC; titulo didactri incirca 25. fl. MC; titulo stolae incirca 9. fni MC; ex offertorio et fundatione 3. fni MC; pro subdocente e fundatione Canonici Joannis olim Bakay 50. fni MC. hortus postdomalis  $\frac{1}{2}$  iugeri, cannabetum aequae huius capacitatis et cauletum.

Reditus stationis Réthensis consistunt: in 3. iugeri terrae arabilis; 50. fnis MC. e fundo Religionis; 45. fnis pro institutione pubis scholaris; 48. fnis a Communitate; 11. fnis. 30. xris titulo stolae; 1. fl. 10. xris ex offertorio et nollula; 13. fnis 30. xris uti et  $6\frac{1}{2}$  metr. pos. siliginis a Compossessoratu titulo lecticalis; 2. orgiis ligni pro calefactione scholae. Hospitium uno cubili, culina, camera, stabulo et exiguo horto domestico constat.

Recursus suis requisitis provisi concernentibus scholarum Inspectoribus signanter: pro statione Imelyensi, mihi inscripti, Can. honor. VADiacono et Parocho Érsekújvárensi Josepho Csernák, pro Réthensi vero Emerico Kovács, Districtus Szempczensis VADiacono et Parocho Egyházfalväensi, cui et inscribendi erunt, ad praedictum terminum praesententur. Id quod Docentibus subdocentibusque Vestris congrue ad notitiam perferatis. Strigonii die 31-a Januarii 1859.

benevolus

*Joannuelard Eger*



6

# Venerabili Clero Archi-Dioecesis Nostrae Strigoniensis Salutem in Domino et paternam Benedictionem!

**Nr. 675.**

Relationes periodicae praescripto tempore exhibeantur.

Licet non e circularibus solum abhinc dimissis litteris, sed ex ipso etiam Schematismo Dioecetano omnibus innotescere possit terminus, quo relationes periodicas horsum praestari oporteat: cum gravi tamen resensu publicare necessitor, quod consignatio mixtorum matrimoniorum mense Januario Officio huic submittenda, in viginti tribus Districtibus VADiaconalibus exhaereat.

Similiter non potest mihi non grave accidere, quod, licet binis vicibus, nimirum die 12-a Maii 1857. Nr. 2095. et 1-a Decembris eiusdem anni Nr. 5067. Altioribus Ordinibus conformiter iniunxerim, relationem de conversis et apostatis singulo anno semel duntaxat, et quidem usque 15-am Octobris Officio huic submitendam venire, nihilominus complures huius categoriae relationes primum his diebus horsum transpositae fuerint, quas modo usque futurum mensem Octobrem in Cancellaria mea cum gravi molestia conservari necesse erit.

Post talem experientiam, quae obiectorum pertractationi remoram causat, districtualibus VADiaconis strictissime iniungo, ut praescriptas relationes praescripto etiam tempore Officio huic submittant, non exspectando relationem ab iis, qui officio suo debito tempore satisfacere negligunt, imo tales nominatenus designent, gravi responsionis oneri obnoxios futuros; alioquin secus ipsi VADiaconi semet correptione dignos reddent.

Quantum ad relationem de mixtis matrimoniis, pro cynosura serviant sequentia:

- 1-o Quae matrimonia per conversionem alterius partis coniugum mixta esse desierunt, tali relationi inferenda haud erunt.
- 2-o Similiter exmittendi erunt filii aut filiae e mixto matrimonio progenitae, si iam matrimonium iniverunt.
- 3-io Penes quodlibet huiusmodi matrimonium diserte praenotetur, an cum Reversalibus vel secus coaluerit.
- 4-o Penes proles minores semper notetur: „an scholas catholicas adeant?“ penes adultiores vero exponatur: „an Ecclesiam catholicam et Sacramentum Poenitentiae frequentent.“ Strigonii die 4-a Februarii 1859.

**Nr. 759.**

Adplicatio Confiniariorum ad docendum.

Excelsum Institutionis Ministerium, ope Resolutionis ddo 24-ae Dec. a. praet. Nris <sup>22158/1994</sup> in cointelligentia cum suprema c. r. armorum Praefectura emanatae, eam edidit dispositionem, quod, quemadmodum militaria Individua generatim, docentia vero Individua ad confinia militaria pertinentia, iuxta §-um 28-um ministerialis ddo 27-ae Octobris 1857. editae Resolutionis, in scholis popularibus extra confinia militaria, citra indultum c. r. supremae armorum Praefecturae accommodare haud licet: eadem ratione et reliqua Individua confiniaria, uti et docentia Individua aerarialibus impensis haud exulta, utpote servitiis confiniariis usque certum aetatis suae annum adstricta, nisi penes expressum dictae c. r. armorum Praefecturae indultum ad docendum adplicari possint. Id quod pro directivo notitiae statu hisce Vobis annunciat, Strigonii die 9-a Februarii 1859.

**Nr. 790. 818.**

Pro statione Docentis in Nemesény et Pásztó Concursus publicatur.

Pro vacante in Nemesény (Com. Bars.) et Pásztó (Com. inf. Nitr.) labii slavici Docentis una Cantoris statione Concursus in 15-am Martii a. curr. defigitur. Emolumenta prioris sunt: 5 iugera agrorum; 17½. metr. pos. tritici et 12. metr. pos. siliginis titulo fusi; lignorum orgiae 5. tres item pro calefactione scholae; a singula prole scholari, quarum 40—50 numerantur, ½. metr. pos. siliginis et 1. fl. MC.; pro pinsendis hostiis a parte Ecclesiae 2. metr. pos. siliginis; a funeribus et schedis promulgationum incirca 14. fl. MC. Aedificium duobus cubilibus et aliis requisitis, duobus item hortulis constat.

Reditus cum statione Pásztóensi coniuncti sunt: agri metr. pos. 6. classis 3-ae; cauletum et canabetum  $\frac{1}{4}$ . metr. pos.; a colonis et inquilinis incirca 24. metr. pos. siliginis titulo lecticalis; a Communitate unus currus foeni, ligna focalia et pasuum pro pecore sufficiens; titulo stolae et cantationum incirca 33. fl. MC; a prolibus scholaribus incirca 33. metr. pos. siliginis; 2. feni et 58. xri MC. e fundo Religionis. Occasione commassationis terreni proxime praesuscipiendae spes est,  $\frac{1}{2}$ . sessionem colonicalem Docenti exscindendam, proventus augendos, aedificiumque scholare, quod actu exiguis duobus cubilibus, culina, camera, stabulo absolvitur, cuive hortus  $\frac{1}{2}$ . metr. pos. capax, arboribus consitus, simulque falcabilis adiacet, vigore scholaris fassionis anno priore peractae, tantisper ampliandum esse.

Recursus suis requisitis instructi pro statione Nemesényensi, Metropolitanano meo Capitulo Strigoniensi inscripti, Can. hon. VADiacono et Parocho S. Benedictensi Josepho Valentovich; pro Pásztóensi vero Districtus Radosnaensis VADiacono Stephano Pereszlényi, Parocho Nagy-Rippényensi, cui et inscribendi erunt, ad praedictum terminum exhibeantur. Id quod Docentibus subdocentibusque Vestris congrue notificetis. Strigonii die 14-a Februarii 1859.

**Nr. 867.**

Hoffmann Ludovici opus publicatur.

Auctore Paulo Ludovico Hoffmann, C. R. Regnicolaris Iudicii Pestinensis Assessore luce donatus est primus fascis operis, cui titulus. „A római magánjognak rendszere mai érvényében.“ Fascis alter, quo opus concludetur, usque finem affuturi mensis Martii prelo solvendus est. Intimus cum sit nexus ius romanum inter et canonicum: nullum dubium, quin opus hoc ecclesiasticarum cumprimis personarum reflexionem mereatur, unde illud ad notitiam Vestram perferre nihil dubitavi. Comparari potest fascis uterque apud auctorem Pestini, pretio 2 flor. val. austr. Strigonii, die 16-a Februarii 1859.

benevolus

Joannuelard Hoffmann



7

## Venerabili Clero Archi-Dioecesis Nostrae Strigoniensis Salutem in Domino et paternam Benedictionem!

C. R. Locumt. Consilii sectio Budensis ope Rescripti dd. 28-æ Novembris anni praet. sub Nr. 24206. mecum communicati significat: fasciculos Codicis legum (Reichs-Gesetzblatt) in completis exemplaribus, omnes omnino phyliras inde ab Anno 1850. editas in se complectentibus, via novi ad Officium dioecesanum expediendos esse, petitque fasciculos hos ad VADnos districtuales ultro promoveri. Percipietis itaque curr. hoc anno fasciculos hos e Cancellaria mea ecclesiastica. Expeditio tamen nonnisi per partes fieri poterit. Ubi unius anni cursus completus Buda submissus fuerit, abhinc extemplo ad Vos transponetur. His diebus expeditur cursus a. 1850/1. — VADiaconi fasciculos hos via circulationis ad notitiam condistrictualium fratrum suorum perferent. — Districtus Vicarialis Tirnaviensis VADiaconi in posterum fasciculos hos pariter percipient et quidem medio Cancellariae Officii Vicarialis Tirnaviensis. Strigonii die 17-a Februarii 1859.

**Nr. 869.**

Reichs-Gesetzblatt via novi dimittitur.

Rescripto Caes. Regii Locumtenentialis sectionis Budensis dd. 12-ae Februarii anni curr. Nr. 3254. emanato intimatur: super nativitate prolium per subditos Magni Ducatus Badensis in patria nostra progengeratarum, extractus matriculares loco altiori submitte-ndos esse; ut adeo non tantum super casibus mortis subditorum M. Ducatus Badensis in patria nostra interventae (vide Circular. dd. 2-ae Februarii A. 1858. Nr. 576.): sed et super nativitate prolium tam legitimarum quam illegitimarum, per eosdem subditos Badenses isthic progengeratarum, extractus matriculares per Curatores animarum in forma authentica expediri et via Ordinariatus Loco altiori submitti debeant. Strigonii die 23-a Februarii 1859.

**Nr. 1024.**

Badensis M. Ducatus subditorum de prolibus matriculares extractus exhibendi.

Pro stationibus Docentum una Cantorum in Comitatu Neográdensi, signanter in Felső-Esztergál, filiali ad Parochiam Alsó-Esztergál labii slavici; in filiali Szklabonyaensi Kis-Ujfalu slavico-hungarici, item in Zahora filiali ad Zsély labii peraeque slavici, Concursus anno iam elapso indictus praesentibus republicatur, atque in 7-am Aprilis a. curr. defigitur. Emolumenta cum stationibus his coniuncta Circularibus literis, sub 12-a Martii a. pr. N. 1124 abhinc dimissis recensentur, ubi una indicatur, quonam recursus ad praefixum terminum exhibendi sint. Strigonii die 25-a Februarii 1859.

**Nr. 1053.**

In Felső-Esztergál, Kis-Ujfalu et Zahora stationes Docentum vacant.

Cum 1-a Maii anni curr., per recessum concernentium Beneficiatorum ad statum quietis, canonice vacabunt Beneficia sequentia:

Sasvárense, patronatui Augustissimae Familiae C. R.;

Albáarense, patronatui Fundi Religionis;

Nagyendrédense

Fölsóvásárdense

} liberae Ordinarii collationi obnoxia.

Qui pro iis concurrere volent, recursus suos usque finem affuturi mensis Martii isthuc substernant. Strigonii die 27-a Februarii 1859.

**Nr. 1070.**

Beneficia vacantia publicantur.

Emericus Kolmann hungarus, origine S. Joannensis, annorum aetatis 33. catholicus, uxoratus, postremo Docens in possessione Humenez, ad Laksárujfalu filiali, ob crimen furti, carceri sexhebdomadali mancipatus, tenore Rescripti c. r. sectionis Locumtenentialis Posoniensis sub 23-a curr. Nr. 3578. ad me directi ad docendum inhabilis declaratus est; id quod fine arcendi ab institutione prolibus sive publice, sive privatim impertienda dicti Individui, Protocollo scholari debite inserendum hisce disponitur. Strigonii die 28-a Februarii 1859.

**Nr. 1074.**

Kolmann Emericus a doctura arcetur.

Pro vacante in Csév, Comitatu Strigoniensi, Docentis una organoedi labii slavici statione Concursus in 12-am Aprilis a. curr. defigitur. Proventus eiusdem sunt: 30. flni MC. item 24. metr. pos. siliginis a Communitate; duo currus foeni; 50. incirca fl. MC. titulo didactri; 15. incirca flni MC. titulo stolae; 8. iugera terrae arabilis per

**Nr. 1076.**

Csévensis Docentis et Cantoris statio publicatur.

Communitatem cultivata, quibus post pascui segregationem, iam sub pertractatione officiosa constitutam, totidem iugera accedent. Denique a parte Domini Capitularis 12. orgiae ligni focalis. Hospitium Docentis duobus cubilibus, culina, camera, stabulo, item duobus cellariis absolvitur, domuique hortus sat capax adiacet.

Recursus suis requisitis instructi Metropolitano meo Capitulo Strigoniensi inscribendi et Districtus Strigoniensis VADiacono Martino Miskolczy, Parocho Civitatis cognominis ad S. Ignatium, ad dictum terminum exhibendi erunt. Id quod Docentibus subdocentibusque Vestris congrue notificetis. Strigonii die 1-a Martii 1859.

**Nr. 1116.**

De Docentibus  
una Notariis,  
scholarumque  
Curatoribus re-  
latio petitur.

Ut requisitioni c. r. sectionis Locumtenentialis Psoniensis, nexu officiosae meae de statu scholarum remonstrationis, sub 22-a Febr. a. curr. N. <sup>4043/065.</sup> ad me directae quo celerius satisfaciam, VADiaconis Districtuum intra ambitum dictae Locumtenentiae constitutorum hisce committo: ut accurratam consignationem locorum, in quibus munus Notarii Communitatis cum officio Docentis adusque coniunctum existit; uti et relationem adaequatam de eo: num in Districtibus curae ipsorum creditis, ad exigentiam Altiorum Ordinum, locales scholarum Curatores iuxta praescriptum eligi, a parte c. r. Jurisdictionis Comitatus confirmari, decretoque adplicationis nec non instructione provideri hucdum consueverint? quo fieri potest ocyus, inomisse vero usque 20-am curr. mensis Officio meo dioecesano exhibere satagant. Strigonii die 2-a Martii 1859.

benevolus

*Joannuelard Hystm*

8

## Venerabili Clero Archi-Dioecesis Nostrae Strigoniensis Salutem in Domino et paternam Benedictionem!

Quo relationes de statu scholarum elementarium ope Tabellae A) dioecesano huic Officio et mediante hoc altioribus c. r. politicis Dicasteriis annue praestari solitae clarum rei scholaris conspectum ob oculos sistant, sicque postulatis Excelsi publicae institutionis Ministerii eadem, velut authenticus notitiarum scholarium fons, omni ex parte ad amussim respondeant: c. r. sectio Locumtenentialis Budensis sub 30-a Jan. a. curr. Nr. 25109. pro debito in concinnanda dicta Tabella A) usu sequentia ultro praescribit, et quidem:

Rubrica Tabellae 3-a. Scholae inferiores reales, ubi tales praexistunt, columnae de scholis capitalibus agenti inferendae sunt, distinctaque de iisdem, uti et reliquis scholis capitalibus relatio, iuxta praescriptum paradigma, quotannis mense Octobri exhibenda erit.

Quod scholas puellarum triviales attinet, si tales distincta a pube mascula conclavia occupent, ceu per se subsistentes concernenti columnae inferri, non vero ceu scholis puerorum ingremiatae designari debent, secus enim numerum scholarum necessario nutare oportebit.

Rubricae denique huic scholae etiam necessitate urgente excitatae, hinc inde per déserta dispersae (Nothschulen) numerice inserentur.

Rubrica 4-a. Ceu lingua institutionis illa designetur, qua institutio prolibus impertitur. In rubrica observationum attamen adnotabitur, num v. g. proles hungarae in lingua germanica, vel vicissim institutionem nanciscantur?

Rubrica 6-a 8-a et 12-a. Numerus scholarum dominicalium, uti et prolium easdem adire obligatarum, actuque frequentantium accurate exponatur; qui posterior, ut ab illo reliquarum prolium scholarium facile discernatur, rubra signatura notandus erit. Fusius interim relatio haec de scholis dominicalibus distincto instrumento, iuxta praescriptum paradigma concinnando, ad exigentiam ministerialium ddto 29-ae Aug. 1853. Nr. 6626. ordinum simul et ad semel cum tabella de statu scholarum exhibebitur.

Proles porro parentum non catholicorum tunc solummodo scholis catholicis qua scholae capaces inserentur, si nulli suae confessionis aut ritus scholae ingremiatae essent.

Rubrica 22-a. Alumni institutorum praeparandialium, nomine „praeparandistarum“ insignientur, atque a sic dictis docturae candidatis, (Lehramts-Kandidaten), qui semet ad frequentandum idmodi institutum praeparant, rite distingui debent.

Rubrica 23-a. Peculiares rei scholaris promotores, qui egregiam in hunc finem operam navarunt, uti et ii, qui beneficentiam suam ratione scholae, Docentum et scholarium quaque ratione contestati sunt, nominatenus designentur.

Rubrica 24-a. Ratione aedium scholarium in rubrica observationum diserte adnotetur, quotnam classibus, id est separatis conclavibus schola absolvatur? quot igitur scholas, quot item classes Districtus scholaris numeret? num denique duae vel plures scholae (non classes) in uno eodemque aedificio deprehendantur?

Haec quantum ad scholas elementares publicas. Relatio de scholis, educatoriisque institutis privatis intra ambitum Locumtenentiae Budensis existentibus, signanter de Docentum aetate, religione, qualitatibus, religioso-morali et politica conversatione, scholariumque numero, ad exigentiam ministerialium ddto 27-ae Dec. a. pr. Nr. 20879. emanatorum ordinum cum initio singuli anni scholastici praestanda est, mutationes vero in statu personali per decursum anni intervenientes de casu in casum dioecesano huic Officio fine promotionis exhiberi debent.

Haec ad complementum eorum, quae circularibus meis literis sub 4-a Martii 1858. Nr. 1039. hoc in merito Vobis intimavi, pro directivo notitiae statu communico, Strigonii die 21-a Februarii 1859.

**Nr. 981.**

Rubricae Tabellae A) ultro explanantur.

**Nr. 1197.**

Cautelae in susceptione ad scholas altiores servandae.

Quo in scholarium ad Gymnasia, Praeparandiae instituta, scholas item reales susceptione secure procedi, omnisque irreptio, qualis novissime intervenit, in futurum omni meliore modo anteverti possit: Excelsum publicae institutionis Ministerium sub 25-a Jan. a. curr. Nr. 22618. Resolutionem, intuitu publicationis e scholis dimissorum presse iuxta tenorem testimoniorum iisdem extrodatorum faciendae, a Cancellaria olim hungarica ddto 20-ae Nov. 1832. Nr. 10731. editam in memoriam revocat eo addito, ut, dum semet iuvenes pro susceptione ad praedictas scholas insinuant, praesertim autem, dum documenta ipsorum longiorem in frequentandis publicis institutis interruptionem produnt, aut vero ipsi privatam institutionem se nactos fuisse obtendunt, antelatarum scholarum Directores omnem circumspectionem adhibeant, cognominaque ipsorum cum elenchis suis, quibus iuxta factam idmodi dimissorum scholarium publicationem cognomen et nomen, patria et locus natalis, aetas et religio, studiorum cursus occasione dimissionis, huius porro causa, Jurisdictio, quae ipsam enunciavit, nec non datum et numerus enunciatae dimissionis insertus est, solerter conferant, sicque contra omnem subreptionem semet praemuniant.

Est hoc idipsum, quod circularibus meis literis ddto 4-ae Jan. 1858. Nr. 82. disposui id ordinando: ut protocollum scholare adparetur, cui cognomina Individuorum, quibus duplicata testimoniorum scholasticorum extrodatorum, aut quae a munere docendi amota sunt, deinceps vero iuvenum quoque, qui a scholis arcentur, utprimum publicatione mediante innotuerunt, extemplo alphabetico ordine inseri valeant. Strigonii die 6-a Martii 1859.

**Nr. 1258.**

In Ladomér et Ujfalu Docentum stationes vacant.

Concursus pro vacantibus in Ladomér et Ujfalu, utraque ad Parochiam Zámoly filiali, labii hungarici Docentum stationibus in 14-am Aprilis a curr. praesentibus defigitur. Prioris emolumenta sunt: ager 4. metretarum; octo metretae mixti; 66. panes; 33. fl. mon. austr. et usus pascui pro pecore. Habitaculum commodum.

Posterioris vero: 10 $\frac{1}{2}$  iugerorum ager; 8 metretae mixti; 24 fascies virgultorum; 44. fl. mon. austr. titulo instructionis. Domus sat commoda est, cui hortulus quoque adiacet.

Recursus debite instructi surr. Districtus Hedervárensis VADiacono Sigismundo Peőcz, Parocho in Zámoly inscribendi et ad praestitutum terminum exhibendi erunt. Id quod Docentibus subdocentibusque Vestris congrue notificetis. Strigonii die 8-a Martii 1859.

**Nr. 1335.**

Nuncia ad „Amtsblatt“ qualiter inserenda.

C. R. sectio Locumtenentialis Poseniensis sub 2-a curr. Nr. <sup>4247</sup>/<sub>695</sub>. significat, Excelsum c. r. cultus Ministerium, fota cum supremo Financiarum Dicasterio cointelligentia, ddto 7-ae Febr. a. curr. Nr. 22761. normae instar disposuisse: ut annunciationes negotiorum quorumvis, etiam ecclesiasticorum, institutionis, nec non vacantium servitiorum, medio organi publici ephemeridum Viennensium „Amtsblatt“ institui solitae prima solum vice per extensum, secundo vero et tertio nisi per extractum, cum provocatione ad Nrum ephemeridum, praeviam publicationem cum plenario textu continentem, compendii gratia deinceps procudantur, nisi forte trina idmodi per extensum publicatio e peculiaribus rationibus necessaria videretur et per expressum a correspondentibus postularetur. Quem in finem omnis in redigendis idmodi annunciationibus praecisio et brevitatis maiorem in modum inculcatur; in publicandis autem licitationibus concurrentes ratione dilucidationis accipiendae, conditionumque inspiciendarum ad competentem civilem Jurisdictionem inviari iubentur. Id quod pro statu directionis, si praeter dioecesanum organum etiam praeviis ephemeridibus in dictos fines forte uteremini, Vobis hisce notifico. Strigonii die 12-a Martii 1859.

**Nr. 1198.**

Paulik Jos. obiit.

Josephum Paulik, Cooperatorem Pöstyénensem die 1-a curr. susceptis moribundorum sacramentis, anno aetatis 25-o ex hac vita evocatum, solitis suffragiis commendo. Strigonii die 6-a Martii 1859.

benevolus

*Joannuelard H. H. H.*

# Venerabili Clero Archi-Dioecesis Nostrae Strigoniensis Salutem in Domino et paternam Benedictionem!

**E** protocollis congregationum cum Docentibus per totam, qua late patet, ADioecesim meam anno proxime elapso asservatarum non minus, quam e statu scholarum elementarium ope Tabellarum A) pro dicto anno exhibito haud obscure perspexi, ratione debitae scholarum frequentationis semper adhuc permultum desiderari. Utut vero plane non ignorem multiplicia illa impedimenta, quae negotium isthoc scholare multum sane remorantur: intermittere attamen haud possum attentionem Vestram ad momentosam illam muneris pastoralis partem, quae de parvulis sine capiendae debitae institutionis ad scholas cogendis agit, convertere, potenter ad hoc urgente temporis aestivi brevi imminentis ratione, quo, ob cessantem pene ubique ruri ordinatam institutionem, scholares labores hyberni passim infructuosi evadunt, vel saltem intellectualis nec non religioso-moralis scholarium cultura gravi cum detrimento interrumpitur, quam tamen debite continuata et mane saltem per unam alteramque horulam impertienda institutio, quin domesticis etiam occupationibus vel minimum desint, mirum in modum promoveret.

Primae, eaeque praecipuae in hoc agendorum genere partes Vobis incumbunt Curiones sacri! utpote quibus nova fidelium progenies Deo placens et perfecta vel maxime cordi esse debet. Vestrum igitur erit debitam scholarum frequentationem omni meliore modo promovere, quemvis vero in hoc genere neglectum pro pastoralis Vestro munere congruentibus mediis impedire. Hunc igitur in finem fidelibus Vestris, nec non parentibus prolium omni data occasione, cum primis vero ad initium anni scholastici necessitatem et pretium institutionis scholaris ob oculos sistetis; frequentiori Vestra in scholis, uti et examinibus quo maiore cum solennitate asservandis praesentia amorem rei scholaris testabimini; prolium scholae capacium conscriptionem, penes accuratam cum Matrica baptisatorum collationem, annue tempore opportuno praesuscipietis; cognomina parentum in prolium suis ad scholam mittendis desiderum quavis hebdomade Vobis consignari facietis; incurios hos primum paterne, dein, si ultro reniterentur, districtius, cum denunciationis etiam interminatione officii reflectetis; tum denique, ubi conatus et monitiones Vestras in irritum cadere adverteritis, politicam assistentiam pro congrua medela implorabitis, atque, ubi culpabilis idmodi renitentia mulctanda foret, nec legalis idmodi punitio a Communitatis superiore sive intentaretur, sive effectuaretur, querelam ad c. r. Circulare Officium perferetis, de officiosae Vestrae interpositionis effectu ob quamcunque causam non secuto, dioecesanum hoc Officium, via concernentis scholarum Inspectoris, congrue edocturi.

Alter, isque perquam momentosus frequentationis scholarum promovendae factor sunt Docentes ipsi, utpote quorum soliditas et idonea institutio, blanda et suavis prolium tractatio, intemerata vitae ratio, in obeundis muneris partibus exactitudo et conscientiositas, in docendo zelus, debitus erga prolium parentes respectus, Curati localis Communitatisque aestimum, obtestationes denique suis locis opportune interpositae fiduciam parentum emerebuntur in tantum, ut hi quidem ad proles suas sedulo mittendas, illae vero ad scholas alacriter adeundas quam potentissime incitentur: ubi e contra inepta Docentum instituendi methodus, indignum prolium tractamentum etc. easdem necessario vel a limine scholae repellent. Quare perniciosi idmodi Docentes, si fieri potest, ad frugem reducendi, sin minus, vel ex ratione emolumenti publici praescriptis viis a docendo amovendi; solidi et muneri suo fideles e contra in officiorum suorum implemento omnimode succollandi, atque ad ultro in laudabili suo studio perseverandum congrue per Vos animandi erunt.

Sed nec sic dictis localibus scholarum Curatoribus, vices Communitatis hoc in merito obeuntibus, suae in promovenda scholarum frequentatione desunt partes, uti idipsum vel nomen hoc sat superque indicat. Instructio Loco Altiore pro iis praescripta solertem frequentationis scholarum adursionem primo inter obligationes ipsis incumbentes loco memorat, quem in finem prolium scholae capacium consignmentem, absentiumque connotationem conscientiose subsignare, scholas quo frequentius invisere, causam absentiae prolium scholarium investigare, parentes ratione prolium a scholis haud retrahendarum persuadere, renitentes cum scitu Vestro superiori Com-

Nr. 1441.

Scholarum frequentatio adurgetur.

munitatis denunciare tenentur. Ut adeo hos Curatores quoque auxiliarem Vobis in praevio negotio operam navare, Vos vero conamina ipsorum omnimode succollare et dirigere oporteat.

Relationem de Curatoribus his, nec non de munere Notarii quibus in locis officio Docentis iuncto? circularibus literis nuper depostam, nec adusque a parte quorundam Districtuum VADiaconalium submissam, semper adhuc operior. Strigonii die 21-a Martii 1859.

### Nr. 1443.

Concursus pro statione Docentis scholae capitalis Bazinii et Modrae publicatur.

C. r. sectio Locumtenentialis Consilii Poseniensis ope Rescripti sub 14-a curr. Nris <sup>5193/864</sup> ad me directi significat: scholas capitales trium adusque classium in libera regia civitate Baziniensi et Modraensi a 1-a Octobris a. curr. quartae classis cursu augendas, ideoque uno adhuc Docente providendas esse. Hunc igitur in finem Concursum pro dictis duabus stationibus debite complendis usque ultimam Junii a. curr. annunciat.

Dotatio Docentis huius, cui una munus Directoris concedetur, Bazinii consistit in annuis 367. flnis 50. xris val. austr.; habitatione libera vel 63. flnis val. austr. titulo eiusdem pendendis; 52. flnis 50. xris val. austr. titulo remunerationis pro functionis directoralibus; tribus lignorum focalium orgiis gratuito advehendis; tribus item urnis vini in natura.

Emolumenta vero stationis huius Modrae vacantis consistunt in annuis 420. flnis val. austr. aequae a Communitate civica pendendis, quarterio naturali vel 52. flnis 50. xris val. austr. titulo census; honorario denique pro fatigiis cum Directoris munere iunctis 105. flnos val. austr. efferente.

Concurrere volentes recursus suos, pro alterutra praedictarum stationum exarandos, c. r. sectioni Locumtenentiali Poseniensi inscribant, literis baptismalibus, testimonio habilitatis pro scholis capitalibus, moralitatis item nec non adplicationis, attestato denique super sufficiente linguae germanicae et slavicae cognitione instruant, atque scholarum Inspectori Districtus Baziniensis Stephano Szuchányi, Parocho Modraensi usque praestitutum terminum, pro praescripta officiosa pertractatione exhibeant. Id quod Docentibus subdocentibusque Vestris, pro subeundo idmodi Concursu debite qualificatis congrue notificetis. Strigonii die 22-a Martii 1859.

### Nr. 1490.

Statio Docentis in Tesmag et Leszenye vacat.

Concursus pro vacante in Tesmag, filiali Parochiae Ipolyság, Docentis una Cantoris —, porro in Leszenye, ad Házasnénye filiali, Docentis (labii utrobique hungarici) statione in 28-am Aprilis a. curr. hisce defigitur.

Emolumenta prioris sunt: didactrum usque 65. flnos; 4 iugerorum ager, hortus, ius pascui; tres currus foeni a Communitate; 9. orgiae ligni focalis; stola ad 10. flnos, lecticale vero ad 48. metretas mixti assurgit.

Reditus posterioris sunt: 3½ iugera terrae arabilis, quibus per imminentem commassationem duo iugera accedent; 32. metr. pos. mixti titulo lecticalis; pratium unius falcastris; unus currus foeni a Communitate; 5. orgiae ligni focalis; duae urnae musti; incirca 60. flni titulo didactri et 10. titulo stolae. Ius denique liberae pascuationis. Hospitum cum omnibus accessoriis, hortus item ¼ iugeri.

Recursus praescriptis requisitis instructi Districtus Drégelyensis VADiacono et loci cognominis Parocho Laurentio Gály inscribantur et ad praestitutum terminum exhibeantur. Strigonii die 24-a Martii 1859.

### Nr. {1508. 1542. 1557.

Sacerd. vita functi.

Josephum Mally, emeritum Parochum Dévény-Ujfaluenssem, die 20-a curr. anno aetatis suae 62. in sequelam ictus apoplectici repente; Josephum Istvánffy, Parochum in Dévény et Distr. Stomffaensis VADnum Ord. die 24-a anno aetatis 73. et Stephanum Mészáros Ord. VADiaconum Distr. N. Kosztolánensis, una Parochum in Vogyerád, die 25-a eiusd. anno aetatis 72. post pie suscepta moribundorum Sacramenta in Domino obiisse hisce significando, animas eorum piis Vestris suffragiis commendó. Strigonii die 30-a Martii 1859.

benevolus

Joannuelard Episcopus

# Venerabili Clero Archi-Dioecesis Nostrae Strigoniensis Salutem in Domino et paternam Benedictionem!

Illmum ac Rssimum Josephum Viber, Cons. Eppum Halyensem, ad stal-  
lum Praepositi Poseniensis promotum esse, iam innotuit Vobis. Ut Ecclesiarum, quae  
Civitati Poseniensi propiores sunt, utilitati consulam, Eidem Eppo et Praeposito faculta-  
tem dedi functiones, quae Ordinem Eppalem deposcunt, exercendi, quin pro singulis  
casibus delegatione mea opus habeat. Quod pro Vestra directione praesentibus notum  
redditur. Una insinuo Vobis, me in sequelam huius translationis vacans redditum  
munus Vicarii mei Cathedralis et Causarum Auditoris Generalis sub hodierno Illmo  
ac Rssimo Michaeli Fekete de Galántha, El. Eppo Noviensi, E.M.S. Lectori et Ca-  
nonico contulisse. Strigonii die 3-a Aprilis 1859.

**Nr. 1619.**

Nominatio Vica-  
rii Cathedralis et  
Causarum Audi-  
toris Generalis  
publicatur.

Quo Docentibus scholarum elementarium linguae slavicae vel germanico —  
slavicae actu adplicitis, habilitatisque testimoniis vel dispensatione ab examine habilitatis  
suppletorie subeundo dudum provisus campus praebeatur, novam institutionis methodum  
sibi propriam reddendi, sicque semet in munere suo perficiendi, c. r. sectio Consilii  
Locumtenentialis Poseniensis sub 23-a Martii a. curr. erga factam eatenus abhinc re-  
flexionem, extraordinarium scholarem cursum in feriis autumnalibus, signanter a 22-a  
Augusti usque 24-am Septembris a. curr. duraturum, in c. r. Praeparandiae Instituto Tir-  
viensi aperire decrevit, quo sic, praeterquam quod ante — et postmeridianis prae-  
lectionibus, practice magis quam theoretice asservandis gratuito interesse valeant, una  
publicis etiam tentaminibus, hac temporis interapedine in dicta c. r. Praeparandia, nec  
non schola eiate capitali, alias normali vel paradigmatica (Musterhauptschule) prae-  
sciipiendis intervenire possint.

**Nr. 1593.**

Cursus ferialis  
pro Docentibus  
annunciatur.

Qui igitur perfectionis suae studio animati cursum hunc scholarem perficere in-  
tenderent, testimonio moralitatis a concernente Curato instructi, die 21-a Augusti coram  
dictae Praeparandiae Directione inscriptionis causa se sistant. Tempore hoc absentiae  
Docentis, sicubi supplens haud reperiretur, institutio scholaris domi suspenditur; in  
quantum vero necessitas cultus divini dominicis festisque diebus domi absolvendi prae-  
sentiam idmodi Docentum, qui una organoedi sunt, deposceret, extraordinaria haec in-  
stitutio pridie dierum dominicorum et festorum a meridie vacabit, quo semet ad ser-  
vitii locum opportune recipere possint. Quiqui cursui huic scholari intervenient, testi-  
monio super religioso — morali sua per tempus institutionis conversatione, et erga  
desiderium suum, de facto etiam in studiis profectu, ab antelata Praeparandiae Dire-  
ctione providebuntur. Praelectionibus similibus intra ambitum Locumtenentiae Sop-  
roniensis anno superiore asservatis, testibus pagellis publicis centeni Docentes interfuerunt,  
ut adeo fundatam habeam spem, beneficium hoc promovendae perfectionis intellectualis  
institutum Docentibus per Vos impense commendandum et numerose ab iisdem ad-  
eundum fore. Strigonii die 2-a Aprilis 1859.

**Nr. 1600.**

Extractus matri-  
culares pro parte  
eorum, qui a sta-  
tutione pro mili-  
tia immunitari  
cupiunt, promte  
ac exacte ex-  
pediendi.

Illa facta est Loco altiore animadversio, quod nonnulli, signanter e Curatis Co-  
mitatus Poseniensis, semet in expediendis matricularibus extractibus pro parte eo-  
rum, qui a statutione pro militia immunitari cupiunt, difficiles exhibendo, aut vero  
tales minus adaequate expediendo, sicut respectivis Commissionibus in implemento  
officii, ita immunitari cupientibus in assequendo scopo impedimenta et incommo-  
da causaverint.

Ad subtrahendam idmodi animadversionibus ansam, reflecto hisce concernen-  
tes illos Curatos, quos praevia animadversio ferit, ut inposterum hoc quoque ex  
obtutu se irreprehensibiles exhibere, atque quaestionatos extractus prompte ac exacte  
expedire contendant. Strigonii die 2-a Aprilis 1859.

**Nr. 1711.**

Examen pro Do-  
centibus mulie-  
ribus publicatur.

C. r. sectio Consilii Locumtenentialis Poseniensis sub 2-a curr. Nr. 7689. Examen pro Do-  
centibus mulie-  
ribus publicatur.  
habilitatis examen pro muliebribus scholarum puellarum Magistris, quod intra biennium  
subeundum esse altiori Loco stabilitum, et sub 19-a Maii a. praet. Nr. 2089. abhinc  
annunciatum fuit, in c. r. Praeparandia Tirnaviensi 18-a Julii, in Zolnensi vero 9-a  
Augusti a. curr. asservandum disponit ita, ut magistrae etiam illae, quae institutionem  
in manualibus mulierum laboribus elargiuntur, e Doctrina Religionis, methodo item in-  
stitutionis pertentandae sint. Magistrae igitur illae, quae examen hoc suppletorium prae-

dicto termino subeundi in statu sunt, indultum eatenus ope recursus debite instructi, c. r. sectioni Locumtenentiali Poseniensi inscribendi, horsumque fine promotionis ino-  
misse usque ultimam mensis Maii a. curr. diem via Inspectorum scholarium exhibendi  
impetrare debent. Id quod fine edocendarum idmodi haud adprobatarum Magistrarum  
Vobis hisce notifico. Strigonii die 10-a Aprilis 1859.

**Nr. 1738.**

Liber praemialis  
commendatur.

Liber sub titulo: „Praemienbuch von hundert Naturbildern aus  
dem Vaterlande, von Jos. A. Moshhammer“ 60. iconibus refertus, Viennae erga  
pretium 60. et 80. xrorum monetae austr. venalis prostat, atque, ceu pro praemiis  
scholarium idiomatis germanici peracommodus, nexu Rescripti Locumtenentialis sub  
30-a Martii a. curr. N. 8950. editi, Superioribus scholarum impense commendatur. Stri-  
gonii die 11-a Aprilis 1859.

**Nr. 1742.**

Quipiam a docen-  
do arcetur.

Gyarmathy Stephanum, Praeparandiae alumnum, origine Gyergyó-Csoma-  
falvaensem in Transsylvania, 25. annos natum, rom. catholicum, coelibem, ob crimen furti  
gravi carceri mancipatum, ideoque ad munus docendi publicum et privatum inhabilem  
declaratum esse, nexu Rescripti sectionis Locumtenentialis Poseniensis ddo 29-ae Martii  
a. curr. Nris <sup>6003/1000</sup>. horsum directi, fine annotationis in libro scholari faciendae hisce  
annunciatur. Strigonii die 12-a Aprilis 1859.

**Nr. 1789.**

Sacerdotes ad  
hospitalia milita-  
ria deponuntur.

Excelsus cultus Ministerium ddo 14-ae curr. Nr. 5964. item ddo 15-ae  
pariter curr. Nr. 6047. edocet me, Suam Maiestatem Sacratissimam Veronae, Vene-  
tiis, Mantuae, Graecii, Viennae, Pragae, Olomucii, porro Mediolani, Tergesti, Labaci et  
Zagrabiae hospitalia castrensia erexisse, quorum spiritualis provisio quo ocyorem pres-  
byterorum dispositionem deponit. In horum nexu Rssimus Vicariatus Apostolicus Ca-  
strensis ddo 16-ae curr. Nr. 399. provocat me, ut individua pro illa cura spirituali  
qualificata nominatenus ipsi quo ocyus designem; inter caetera lingvam germanicam,  
slavicam, hungaricam, et quantum fieri potest, alias etiam in Imperio usitatas lingvas  
calleant. Preter gratuitum hospitium, salarium talibus 500. fl. titulo vestitus iterum 125.  
fl. obvenient: expensae itineris exsolventur; servitium ab aerario habebunt. Cessantibus  
autem hospitalibus trium mensium obventionem percipient.

Qui itaque vocatos et qualificados se sentiunt ad obsecundandum altissimae  
Suae Majestatis Sacratissimae voluntati, ad exercendam gloriosam muneris pastoralis par-  
tem, sine mora semet Officio huic insinuent. Alioquin necessitate ita poscente vi obe-  
dientiae etiam canonicae dispositionem facturum sum. Strigonii die 17-a Aprilis 1859.

**Nr. 1790.**

Preces publicae  
indicuntur.

Temporis praesentis adiuncta plane non esse ea, quae animum nostrum quoad  
futurum tranquillit, haud obscuris indiciis monemur. An paterna DEI monitio, vel  
iusta peccatorum castigatio nobis imminet, nullus hominum novit; quis enim novit  
sensum Domini, aut quis consiliarius eius fuit? Illud tanquam certum tenemus: in  
quacunque hora ingemuerit peccator, exaudietur; et qui pulsaverit ad ostium miseri-  
cordiae, aperietur ei. Simul praeteritorum, imo omnium temporum historia nos docet,  
non esse tutiorem ad inveniendam misericordiam DEI viam, quam patrocinium illius  
Immaculatae virginis, quae huic mundo edidit Salvatorem.

Ut Hanc ista etiam temporum iniquitate, quae nobis a foris bellum minatur,  
propitiam reddamus, et dulcissimae etiam Sobolis- Christi Jesu- protectionem mereamur,  
virtute praesentium dispono: ut in omnibus Ecclesiis parochialibus et conventuali-  
bus finita Missa, pro qua populus maiore numero congregari solet, coram exposito  
Ciborio orentur tria „Ave Maria“, subnexo post quodlibet „Ave“ versiculo „Refugium  
peccatorum, ora pro nobis“ deinde autem recitetur Antiphona lingva vulgari „Salve  
Regina, mater misericordiae“ cum versiculo et oratione huic Antiphonae conveniente.  
Singuli praeterea presbyteri in Missis tam privatis quam solennibus collectam pro  
pace et Rege, alioquin iam alias etiam praescriptam sumere haud intermittant.

Sub Cuius praesidium confugimus, Sancta Dei Genitrix, ne despiciat nos in  
necessitatibus nostris, sed a periculis cunctis liberet nos semper! Strigonii Dominica  
Palmarum 1859.

benevolus

*Joannulard H. E. H.*



# Venerabili Clero Archi-Dioecesis Nostrae Strigoniensis Salutem in Domino et paternam Benedictionem!

Nr. 1704.

C. r. sectio Locumtenentialis Budensis ope Rescripti sub 15-a Martii a. curr. Nr. 9361. horsum directi significat, Duplicata deperditorum scholasticorum testimoniorum sequentibus extrodata esse:

Individua Dupli-  
catis testimoni-  
alium provisae.

Apter alias Apatovszky Michaeli, de Annis 1850. et 1851. ab Universitate Pe-

Balthasar Vilhelmo,	de 1847. a	—	Gymnasio	Reginohradeciensi;
Csapo Edmundo,	—	de 1847. a	Gymnasio	Albaregalensi;
Chiffor Silvano,	—	de 185 <sup>7</sup> / <sub>8</sub> .	"	Fogarasensi;
Czigány Michaeli,	—	de 1852. usq. 1856.	"	Nitriensi;
Dienzl Francisco,	—	de 185 <sup>7</sup> / <sub>8</sub> .	"	Eperjesiensi;
Fischer Josepho,	—	—	"	Komotauensi in Bo- hemia;
Hauser Alexandro,	de 1847. et 1848.	—	"	Posoniensi;
Horn Leoni,	de 1850. usq. 1853.	—	"	Sátorallja-Ujhelyensi;
Húg Julio,	"	"	a fac. philos.	Pestiniensi;
Juhász Alberto,	de 185 <sup>7</sup> / <sub>8</sub> .	a	Gymnasio	Rosnaviensi;
Käs Mauritio,	—	de 1857. a	Praeparandia	Jaurinensi;
Kovács Antonio,	de 185 <sup>4</sup> / <sub>5</sub> .	a	Gymnasio	Agriensi;
Lösch Joanni,	"	a	—	Magyar-Óvárensi;
Ludvig Andreae,	de 185 <sup>7</sup> / <sub>8</sub> .	—	—	Eperjesinensi;
Majerhoffer Ubaldo et Hermanno,	de 1858.	—	—	ad Scotos Viennae;
Markovics Antonio,	de 1829.	—	—	Bajäensi;
Neveklovsky Carolo,	"	—	—	Egerensi in Bohemia;
Nikolits Jacobo,	de 1851.	—	—	Temesvárensi;
Paic Josepho,	"	—	—	Signensi in Dalmatia.
Pammer Joanni,	de 1852. et 1853. a	—	schola reali	Salisburgensi;
Pap Simoni,	de 1856. a	—	Gymnasio	M. Varadinensi;
Péchy Gustavo, et Andreae	de 1856. a	—	Gymnasio	Cassoviensi;
Rosenberg Antonio,	de 184 <sup>8</sup> / <sub>9</sub> .	a	schola reali	Tarnoviensi;
Scarpa Paulo,	de 1856. et 1857. a	—	Gymnasio	Udinensi;
Silberstein Mauritio,	de 1857. a	—	Praeparandia	Cassoviensi;
Stern Beniamino,	de 185 <sup>0</sup> / <sub>1</sub> .	a	Gymnasio	Miskolczinensi;
Stock Joanni,	de 185 <sup>1</sup> / <sub>2</sub> .	a	schola reali	Pragensi;
Szabó Josepho,	de 184 <sup>7</sup> / <sub>8</sub> .	a	Gymnasio	Albaregalensi;
Takács Cornelio,	de 185 <sup>7</sup> / <sub>8</sub> .	a	—	Cassoviensi;
Vendeczky Ludovico,	de 1850.	—	—	Nitriensi;
Weydlich Ottmaro,	de 1843. et 1844.	—	—	Pragensi;

Cognomina haec, quo omnis cum iis abusus antevertatur, protocollo scholari inserere non intermittatis. Strigonii die 4-a Aprilis 1859.

Nr. 1817.

Formularia Tabellae A) statui scholarum elementarium adumbrando inservitura, in aliquot exemplaribus scholarum Inspectoribus cum eo hisce transponuntur, ut, quoad fieri poterit, Parochiae et filiales scholis provisae, rubricis tantisper densius inserantur, sic enim eaedem et clarius ob oculos sistentur et Tabellae A) formularia, magnis secus interstitiis dissipanda, pro pluribus vicibus servient; alioquin enim, quae rubricae observationum nefors prolixius inserenda essent, in sensu dimissorum abhinc ordinum distincto instrumento remonstrari debent. Praeter ea, quae in merito completionis rubricarum harum plus simplici vice abhinc pro directione intimata fuerunt, nexu Rescripti Locumtenentialis sub 8-a Aprilis a. curr. Nr. 7952/1329. ad me directi, columnae observationum Tabellae A) id quoque inferendum erit: quinam subdocentum et subsidiariorum Docentum matrimonio iuncti sint? Generatim reflectere debeo, terminum mensis Novembris pro exhibenda hac de statu scholarum elementarium relatione districtim observandum esse, omniaque ea, quae in negotio scholari, ductu inviacionis ad calcem schematismi anni currentis datae, ad dictum terminum a VADiaconis dioe-

Tabellae A) for-  
mularia dimit-  
tantur. Terminus  
relationum scho-  
larium.

cesano huic Officio exhibenda disponuntur, signanter: animadversionem intuitu necessariae aedificationis aut restorationis aedium scholarium, responsa item ad rubricas in tabella Visitationis VADiaconalis contentas, Docentes scholasque attinentia (quae proin e tabella dictae Visitationis deinceps emanebunt) partim columnae observationum dictae Tabellae A) inferre, partim vero, si prolixiore expositione opus esset, distincto instrumento comprehendere, simulque et ad semel horsum exhibere oportebit, quo sic status scholarum debite cognitus ope praescriptae Tabellae B) altiori Loco exhiberi, subversantesque scholarum defectus et indigentiae sub uno conspectu abhinc pro medela substerni valeant. Ad praedictum Novembralem terminum Tabella etiam Docentum, cum scholarium numero, pro usu schematismi a. futuri, quotannis horsum praesentari debet. Strigonii die 18-a Aprilis 1859.

#### Nr. 1909.

Docentis in Sipek  
statio vacat.

Pro vacante in Sipek, filiali ad Rimócz, Docentis una Cantoris labii hungarici statione Concursus in 26-am Maii a. curr. praesentibus defigitur. Emolumenta eius sunt: agri 6. metr. pos. capaces, quos Communitas cultivat; 22. metr. pos. siliginis, item 2 flni 12 xri MConv. titulo lecticalis; 10 flni MC. titulo stolae; a singula prole scholari, quae incirca 40. numerantur, 1 flnus MC. ligna ad beneplacitum Communitatis. Hospitium cubili, culina et camera absolvitur, cui hortulus quoque adiacet. Recursus debite instructi Districtus Szécsényensis VADiacono Paulo Glacz, Parocho in Felsőludány inscribantur et ad dictum terminum exhibeantur. Strigonii die 28-a Aprilis 1859.

#### Nr. 1910.

Protocolla scholaria inculcantur. Normalia scholastica Docentibus explananda.

Innotescente altiori Loco eo, quod Directores et Docentes multi ordinationum in negotio scholari editarum penitus ignari, complures scholae praescriptis normalium libris adusque destitutae, vel vero altiores ordinationes iisdem in mancis extractibus et lingua passim latina insertae essent, nexu Rescripti c. r. sectionis Locumtenentialis Posoniensis sub 15-a curr. Nr. <sup>8517</sup>/<sub>1422</sub>. ad me directi, observantiam meorum in hoc merito ddo 4-ae Jan. 1858. Nr. 4967. etc. editorum ordinum ratione protocolli scholaris vel ex ipso Ecclesiae fisco comparandi, omniumque, quae scholas attinent, nisi typis excusa essent, eidem inferendorum districtim hisce eo addito iniungo, ut, cum circulares literae omnibus in patria nostra vigentibus linguis dimitti abhinc haud possint, normativos idgenus ordines, rem scholarem tangentes, concernentibus Docentibus congrue explanentis; ratione autem dictae ordinationum scholarium inprotocollationis, num eadem ubivis locorum debite praesuscipiatur, VADiaconi, qua scholarum Inspectores, occasione annuae Visitationis revisionem instituere, desuperque, uti et de puncto nunc attacto, in tabellari de statu scholarum relatione horsum referre noverint; quemadmodum idipsum ordinibus praetactis dudum abs me dispositum, haud tamen ab iis observatum fuit. Ratione ordinationum Directores scholarum capitalium ferientium dioecetano huic Officio curae erit, ut eadem, lingua — uti desideratur — germanica, requisito numero a sectione Locumtenentiali eisdem via Ordinariatus communicentur. Strigonii die 28-a Aprilis 1859.

#### Nr. 1988.

Concursus pro statione Docentis in Kelenye publicatur.

Concursus pro hac Parochiae Ipolyfödemes affiliata labii hungarici Docentis una Cantoris statione in 8-am Junii a. curr. defigitur. Emolumenta cum eadem coniuncta consistunt: in agris  $1\frac{1}{4}$  iugeri; iure pascui; hortulo; duabus orgiis ligni; 6. incirca urnis vini; totidem centenariis foeni; stola incirca 5 fl. mon. austr. 24 metr. pos. titulo lecticalis; didactro usque 30 flnos mon. austr. duabus metr. pos. tritici pro pin-sendis hostiis. Recursus debite instructi Districtus Drégely VADiacono et loci cognominis Parocho Laurentio Gály inscribantur et exhibeantur. Strigonii die 4-a Maii 1859.

benevolus

*Joannuelard H. Eger*

12

# Venerabili Clero Archi-Dioecesis Nostrae Strigoniensis Salutem in Domino et paternam Benedictionem!

**Observato** eo, quod in colligendis conservandisque legum imperialium et gubernialium pagellis (Reichs- und Landesgesetzblatt) non debita cum solertia et ordine procedatur, sicque tardis vel infundatis reclamationibus ansa praebeatur: Excelsum cultus ministerium ope Resolutionis ddo 12-ae Aprilis a. curr. Nr. 343. emanatae disposuit: dictas pagellas Institutorum ceu cultus et institutionis organorum, ad quae expediuntur, proprietatem constituere, inventario proin inferendas, completo vero unius anni cursu compingendas esse. Quiquid igitur pagellas has pro faciendo usu duntaxat commodant, pro earum proprietariis haberi nequaquam possunt. Dictorum Institutorum praeordinati collectionem conservationemque pagellarum harum subordinato cuiquam apto Individuo sub onere responsionis committent, ni obligationi resarciendi in iisdem defectus obnoxii reddi velint. Reclamatio ad summum intra quatuor hebdomades a die extrodati fasciculi ab ipso illo organo, vel vero via eiusdem, cui pagellae hae a Typographia aulae et status immediate expediuntur, ad hocce status institutum praesuscipi debet, quod defectum idmodi gratuito supplebit. Reclamatione dicta post evolutum quatuor hebdomadam terminum interposita, defectus in pagellis emergens nisi erga pretium fasciculorum in bibliopoliis prostantium, et ab illo, qui retardatae reclamationis causa est, pendendum sarciri poterit. Quod si Individuum illud, cui exemplar dictarum pagellarum traditum est, munere suo decedere vel alio transferri contingeret, solerter curandum erit, ut exemplar adhuc ante discessum eiusdem debite resignetur; ad casum mortis autem de eo, quod tale citra ullum defectum concernenti Instituto reddatur, convictio procuranda, secus vero pagellarum defectuosarum frustra inter res denati ab haeredibus perquirenda, damnumque nefors emergens ab iisdem sarcendum erit.

Juxta haec principia in colligendis conservandis item reliquis etiam legum et ordinationum pagellis, habita tamen mutationum e natura ipsarum profluentim congrua ratione, procedendum erit. Id quod nexu Rescripti c. r. sectionis Locumtenentialis Poseniensis sub 23-a Aprilis a. curr. Nris <sup>10210/1702.</sup> ad me directi et in paribus nuper scholarum Inspectoribus communicati, pro congruo notitiae et directionis statu Curatoribus animarum, Districtualibus VADiaconis et Institutorum scholasticorum praeordinatis, reflexe ad circulares ordines sub 17-a Febr. a. curr. Nr. 869. abhinc Vobis intimatos, hisce notum redditur. Strigonii die 6-a Maii 1859.

Ernesti Skala, subdocentis in Stezer, testimonium habilitatis ad docendum, a Consistorio episcopali Regiohradeciensi anno 1856. extrodatum, deperditum esse, nexu Rescripti c. r. sectionis Locumtenentialis Poseniensis sub 26-a Aprilis a. curr. Nris <sup>10441/1751.</sup> horsum directi, scopo avertendi cum deperdito originali abusus in libro scholari debite adnotetur. Strigonii die 6-a Maii 1859.

C. r. sectio Locumtenentialis Poseniensis sub 5-a curr. Nr. 10799. specificationem librorum pro pauperibus scholaribus ad annum <sup>1859/60.</sup> requisitorum (Armenbücher-Erforderniss-Ausweis) sibi duntaxat a parte Districtuum: Párkányensis, Schemnicensis, Bozókensis, Drégelyensis, Báthensis, Szalkaensis, Érsekújvárens, N. Czettényensis, N. Tapolcsánensis, Radossuaensis, Galgócensis, Ürményensis, Sassiniensis, S. Joannensis, Szempezensis, Csejthaensis, Szeredensis et Poseniensis adusque exhibitam esse exponendo in eo me requirit, ut consignationem hanc apud reliquos scholarum Inspectores quoque, intra ambitum Locumtenentiae huius constitutos sollicitem. Quamvis autem in sensu praevigentium altiorum ordinum specificationes idmodi via c. r. Jurisdictionum Cottensium promoveri adusque consueverint, quo tamen provocationi huic dicasteriali respondeam, VADiaconis Districtualibus, qui relatione hac restant, hisce iniungo, ut praestandae huius relationis terminum, in ultimam mensis Martii diem defixum, deinceps accurate observare, pro nunc vero restantem hanc tabellam fine promotionis indilate horsum exhibere, in casum autem talis c. r. Jurisdictioni politicae praesentata fuisset, idipsum sine mora horsum referre satagant. Strigonii die 10-a Maii 1859.

Celebrati nuper et iam auctoritate etiam Summi Pontificis confirmati Concilii Provincialis Strigoniensis exemplaria, pro numero parochiarum computata, Vobis submitto. Vestrum erit Decreta pro Vestra et fidelium Vobis creditorum salute

**Nr. 2036.**

Fasciculi codicis legum qualiter colligendi, reclamandi, conservandi?

**Nr. 2037.**

Subdocentis Skala testimonium deperditum.

**Nr. 2105.**

Consignatio librorum pro pauperibus scholaribus expetitur.

**Nr. 2142.**

Decreta Concilii prov. communicantur.

condita privatim attente legere, et, si quas quoad practicam eorum executionem observationes vel difficultates habueritis, eas primum in Congregatione Districtuali proponendas, et ubi unanimi consensu acceptatae fuerint, horsum transmittendas habebitis, quo sic earum usus, in quantum videbitur, haberi possit in celebranda Synodo Dioecesana, quae tamen ob praesentis temporis adiuncta nunc utique differri debet. Strigonii die 14-a Maii 1859.

**Nr. 2154.**

Ritulae novum  
praescribitur.

Circumstantia illa, quod novum Rituale, cuius editionem Vobis sub 3-a Junii anni praet. Nr. 2260. annunciaui, necdum esset ad omnes huius Archi-Dioeceseos Ecclesias introductum, verum in aliquibus iam istius, in aliis adhuc antiqui Ritualis usus fieret, diversis, quandoque etiam sinistris — prout mihi refertur — ansam dedit reflexionibus. Ne id amplius fieri possit, quin potius, ut in administrandis Sacramentis et persolvendis Ecclesiae functionibus publicis ubique uniformitas vigeat, praememorati novi Ritualis una cum suo Extractu ad omnes Ecclesias introductionem disponendam censui, ac etiam hisce dispono.

De requisitis hoc scopo exemplaribus, pro Ecclesiis quidem Districtus Vicariialis Strigoniensis mea Cancellaria huja, pro Ecclesiis autem Districtus Vicariialis Tirnaviensis, Cancellaria Officii mei Vicariialis ejas providebit; quare curabunt concernentes VADiaconi, ut suorum Districtuum Ecclesias, quae necdum sunt in possessione dicti novi Ritualis, inomisse usque 15-am futuri mensis Junii, ceu praecclusi terminum supra dictis Cancellariis insinuent. Obveniens pretium solvetur e fisco respectivarum Ecclesiarum, quod rursus VADiaconi mox penes consignationem exemplarium consignandum, et Cancellariae, a qua exempla receperunt, absque dilatione submittendum habebunt. Strigonii die 14-a Maii 1859.

**Nr. 2157.**

Ritus festi de SS.  
Corde JESU.

Casu evenit, quod ex Directorio Officii Divini, pro anno currente 1859. typis procuso, festum SS. Cordis JESU, quod feria 6-a. post octavam SS. Corporis Christi celebrari debet, plene emanserit. Celebrabitur itaque hoc modo:

Die 1-a mensis Julii Feria 6-a. Festum SS. Cordis D. N. J. C. dupl. maj. Off. pr. (vide inter Off. pro aliquibus locis) in Laud. com. diei Octav. S. Joannis B. et Octav. SS. Apost. ad Prim. in *B.* br. die. Qui passus es pro nobis. In Missa pr. „Miserebitur“ fit com. S. Joann. Bapt. et SS. Apost. die. Glor. et Cr. Praef. de Cruce. c. r. Vesp. de sequent. com. praec. et diei Octav. S. Joann. Bapt. tant. c. a. Strigonii die 14-a Maii 1859.

**Nr. 2160.**

Docentis in Szkiezów statio vacat.

Concursus pro vacante in Szkiezów Docentis et Cantoris labii slavici statione in 16-am Junii a. curr. praesentibus indicitur. Emolumenta illius sunt: 105 fl. mon. austr. e cassa Communitatis; ager 3. metr. poson.; 2. pratella; 15. metr. pos. siliginis; ligni focalis pro Docentis et scholae usu 42. plaustra, ope fassionis scholaris ad 12. orgias redacta; a singula prole scholari, quarum numerus 50. adaequat, 1 fl. 57 xri mon. austr., 8. incirca flni a funeribus. Hortulus postdomalis, alter item  $\frac{1}{2}$  metr. pos. capax. Habitationum cubili, culina et camera et stabulo constat. Recursus suis requisitis instructi Can. hon. et VADiacono Josepho Valentovich, Parocho in S. Benedicto inscribantur et exhibeantur. Strigonii die 15-a Maii 1859.

**Nr. 2050.**

Franc. Ribeczky  
obiit.

Franciscum Ribeczky, emeritum Parochum Alsó-Pélensem, Instituti S. Adalberti presbyterum, in Nagy-Salló, susceptis moribundorum Sacramentis, die 5-a curr. mensis Maii, anno aetatis 83-o obiisse, fine absolvendorum solitorum Suffragiorum annuncio eo subnexo, ut si qui inter Instituti S. Adalberti presbyteros suscipi desiderarent, recursus suos usque finem mensis Junii mihi transponant. Strigonii die 7-a Maii 1859.

benevolus

*Joannuelard Hymus*

13

## Venerabili Clero Archi-Dioecesis Nostrae Strigoniensis Salutem in Domino et paternam Benedictionem!

C. r. sectio Locumtenentialis Budensis exhibuit horum consignationem iuvenum, ex Nr. 1987.  
intermediis scholis austriacis decursu labentis anni scholastici, ob commissos diversos Juvenes a scho-  
lis arcentur.  
reatus dimissorum; sunt vero sequentes:

Bachner Carolus	—	—	postremo	alumnus	Gymnasii	Cibiniensis;
Gizinski Joannes	—	—	"	"	scholae	realis Leopoliensis;
Koperdan Andreas	—	—	"	"	Gymnasii	Leutsoviensis;
Liebhardt Alexander	—	—	"	"	"	Neosoliensis;
Oberlintner Victor	—	—	"	"	"	Zagrabiensis;
Pinteritsch Franciscus	—	—	"	"	"	Marburgensis;
Szalanczy Joannes	—	—	"	"	"	Leutsoviensis;

Qui omnes a scholis mediis et Gymnasiis adeundis arcentur; porro  
Novelli Josephus — — postremo alumnus Gymnasii Venetiarum;  
Polland Carolus — — " " scholae realis in Kuttenberg  
ex cunctis publicis Monarchiae scholis; denique

Miklás Antonius et Veber Jacobus Praeparandiae Neosoliensis item Quinque-  
Ecclesiensis alumni ex omnibus Regni Praeparandiis excluduntur.

Id quod pro notitiae statu Gymnasiorum, scholarum realium, Praeparandiarumque Directoribus hisce notum redditur. Strigonii die 4-a Maii 1859.

Nr. 2209.

Concursus pro vacante in S. Benedicto Docentis una Cantoris labii slavici Statio Docentis  
in S. Benedicto  
vacans annun-  
ciatur.  
statione in 21-am Junii a. curr. praesentibus indicitur. Emolumenta illius sunt: e cassa  
Dominii 74. fl. 76. xri; e foundationibus 65. fl. 7. xri; a Communitate 10. fl. 50. xri;  
a singula prole scholari, quales semper 140. praesto sunt, xr. 84. val. austr.; a fune-  
ribus incirca 40. fmi. In frugibus: ab J. Dominio 12. metr. tritici; 62. metr. pos.  
siliginis; 8. metr. hordei; a communitate Peszér 17. metr. pos. tritici; in S. Benedicto  
ex manipulis 12. metr. pos.; vini urnae 6. a Dominio, 3. autem a Communitate. Li-  
gnorum orgiae 21. Tenet vineam fundationalem fossorum 4. Habitaculum duobus cu-  
bilibus, camera, culina absolvitur, domui hortus quoque adiacet. Recursus debite in-  
structi et Metropolitano Capitulo Strigoniensi inscripti, ad praedictum terminum Can.  
hon. VADiacono et Parocho locali Josepho Valentovich exhibeantur. Strigonii die  
19-a Maii 1859.

Nr. 2245.

Excelsum publicae institutionis Ministerium Ope Resolutionis ddo 15-ae Martii In susceptione ad  
Praeparandias  
aliquantula in  
cantu et organo  
qualificatio prae-  
requiritur.  
a. curr. Nris <sup>3930/337</sup>. editae et via c. r. sectionis Locumtenentialis Soproniensis sub 31-a  
eiusdem Nr. 6858. mihi innotescens serio inculcat, ut occasione susceptionis ad Insti-  
tuta Praeparandiarum peculiaris praecognitorum in cantu et musica, signanter in pul-  
su organi ratio habeatur; quare

1-o. Aditus ad cursum paedagogicum praeparandiam iis solum candidatis  
admittatur, qui peritiam unius saltem e praeadductis requisitis fidedigne probando sunt;  
a quibus proinde iure exspectari possit, quod musicali institutioni per cursum praepa-  
randiam utiliter interfuturi et desideratum in cantu et organo progressum facturi sint.  
Praetensio interim haec, habita praesentium adiunctorum ratione, nunc adhuc tantisper  
moderanda et solum cursu temporis potentius adurgenda erit.

2-o. Candidatis iis, qui praeadductis musicalibus praecognitis haud gaudent,  
aditus ad Praeparandiam veluti per exceptionem tunc solum pateat, si secus propen-  
sionem habilitatemque ad docendum fidedignis testimoniis, aut ope examinis cum ipsis  
praesuscipiendi sat superque probaverint, spemque fecerint, quod durante Praeparandiae  
cursu requisitas musicales notitias, necessariamque in iis peritiam propriam sibi reddere  
omnino satagent.

Ut vero scholaribus animum ad docendum adiicientibus occasio ad ediscendam  
artem musicalem haud desit, Docentes scholarum capitalium, inferiorum realium et  
gymnasialium, utpote e quibus unice in sensu ministerialium sub 17-a Martii 1858.  
Nris <sup>3851/324</sup>. editorum ordinum alumnis ad Praeparandias aditus patet, omni meliore  
modo animandi erunt, ut cantui et institutioni musicae sollicitam in scholis suis curam

impendant et aliquos saltem scholares, qui nisu in disciplinas has feruntur, in cantu, tractandisque singularibus quibusdam artis musicae instrumentis instituere haud intermittant. Quod iisdem studiose a Vobis inculcandum tanto impensius commendo, quo magis cantus ecclesiastici nec non pulsus organi in peragendis ad communem aedificationem divini cultus functionibus momentum in oculos incidit. Strigonii die 26-a Maii 1859.

**Nr. 2248.**

Novum alphabeti specimen annunciat.

Exhibitum mihi est specimen literarum alphabeticarum usibus scholarum elementarium occasione primae in legendo institutionis apprime inservientium, cura et studio Vincentii Prausek, c. r. in scholasticis consilarii, nec non realium et elementarium scholarum in Silesia Inspectoris editum et ab Excelso institutionis Ministerio sub 23-a Febr. a. curr. Nris <sup>2244/157</sup> probatum, cuius adprocuracionem Vobis hisce commendo. Venale prostat Pragae in bibliopolio L. Tempsky, et quidem in charta simplici una cum explanatione a 50. xris; cum hac in charta dura ab 1. fno 24. xris; exemplar vero explanationis per se a 10. xris mon. austr. Phylirae subscriptionum, quarum exemplar pro singulo Districtu VADiaconali hic adnectitur, ubi unus alterve Vestrum praenumeraverit, horsum transponentur, ut desiderata alphabeti exemplaria congrue sollicitari possint. Strigonii die 27-a Maii 1859.

**Nr. 2276.**

Fundualis conscriptionis decursus.

Juxta insinuationem c. r. L. sectionis Poseniensis ddo 15-ae curr. conscriptione funduali in Comitatus: Honthensi, Zoliensi et Liptóensi; in Communitatibus item Comitatus Poseniensis: Nagy- et Kis-Jóka, Nagy-Abony et Kiliti actu decurrente, cohaerenter cum circularibus sub 1-a Novembris anni praeteriti Nr. 4484. abhinc dimissis, reflectuntur concernentes peculiarum ecclesiasticorum Administratores, ut ratione procurandae transscriptionis praetensionum activarum, realitatibus, quae in praedesignatis locis sitae sunt, inhaerentium congruos passus facere festinent, Strigonii die 27-a Maii 1859.

**Nr. 2265.**

Praep. Parochus Szakolczaensis Jos. Haydin obiit. Recursus pro hoc Beneficio.

Josephum Haydin, Praepositum tituli B. M. V. de novo monte Pestinensi et L. R. Civitatis Szakolczensis Parochum, die 18-a curr. Posonii e typho cerebri, susceptis prius moribundorum Sacramentis, anno aetatis suae 41. pie in Domino obiisse, scopo absolvendorum pro anima eius suffragiorum annunciando: simul pro exhibendis per illos recursibus, qui pro vacante conspicuo hoc Beneficio concernenti Patronatui proponi volent, praecclusi terminum ultimam affuturi mensis Junii diem hisce praestituo. Strigonii die 21-a Maii 1859.

**Nr. 2303.**

Statio Catechetae in c. r. Gymnasio Szakolczaensi publicatur.

Pro statione Catechetae una Exhortatoris in c. r. Gymnasio minore Szakolczae vacante, cuius emolumenta in annuis 525. fl. mon. austr. e fundo Religionis pendendis, iure item graduationis, nec non decennali adiuta et pensione consistunt, concursus in 28-am Julii a. curr. praesentibus defigitur. Horae institutionis per hebdomadam octo duntaxat numerantur, ideoque alia etiam studiorum obiecta catecheta tradere potest, quo in casu salarium eiusdem 735. fnos mon. austr. effert. Concurrere volentes recursus suos, c. r. sectioni Locumtenentiali Poseniensi inscribendos, Directioni Gymnasii mei maioris Tirnaviensis, ubi examen orale et scriptorium lingua germanica asservabitur, ad praedictum terminum exhibeant. Notitiae causa adiectum esto, pro praelectionibus gymnasialibus praescripta esse opuscula sub titulis: „Katechismus der kath. Religion nach Dr. Schuster“ „Biblische Geschichte des alten und neuen Bundes nach Schumacher“ denique „Geist des katholischen Cultus nach Terklau“ Recursus cum scripto elaborato, nec non calculo ex orali tentamine reportato, via Officii huius dioecesani dictae sectioni Locumtenentiali fine promotionis ad Excelsum publicae institutionis Ministerium transponentur. Strigonii die 29-a Maii 1859.

benevolus

Joannuelard Hystm



## Venerabili Clero Archi-Dioecesis Nostrae Strigoniensis Salutem in Domino et paternam Benedictionem!

C. r. sectio Locumtenentialis Poseniensis, penes Protocollorum de asservatis intra ambitum eiusdem anno proxime evoluti Docentum congregationibus sub 22-a Maii a. curr. Nr 12466. reexhibitionem, cum solatio se ex iisdem comperisse significat, quod in 39. Districtibus VADiaconalibus intra ambitum Locumtenentiae huius existentibus conferentiae hae, sub directione Inspectorum scholarium et in 107. Curionum sacrorum nec non 729. Docentum secularium praesentia celebratae, insigne zeli in promovendam rem scholarem directi testimonium ediderint; quod porro passim themata perquam accommoda pro discussione delecta, conatusque eo directi fuerint, ut paedagogica Docentum qualificatio angeatur, scopo conformes institutionis methodi nec non media ad ultroneam perfectionem vocationi suae consentaneam consecrandam iisdem ob oculos sistantur, atque zeli plena in munere suo activitas in ipsis excitetur, firmeturque. Ut adeo spem cum dicta sectione Locumtenentiali et ipse haud infundatam foveam, congregationes has destinationi suae in dies magis responsuras et publicam, quae per easdem intenditur, utilitatem omnimode promoturas esse. Quod ut eo certius efficaciusque obtineatur, praeter ea, quae ratione celebrationis congregationum harum sub 27-a Decembris 1857. Nr. 5409. Vobis abhinc intimata sunt, peculiariter in id intendite: ne multae materiae in una eademque conferentia discussioni proponantur; quod ceu bonum et salutare agnitum fuit, idipsum in scholis reapse effectui detur; conatus consultantium specialiter ad promovendam rectae institutionis methodum, manutenendam scholarum disciplinam, et harmonicam Docentum ad scopum hunc cooperationem obtinendam dirigantur; quaestiones inutiles, insalubres, quae ansam discordiis aut quibusvis digressionibus, scopum consultationum harum, in mutua institutione et ad implendas vocationis partes reciproca exstimulatione situm certo interversuris praebere possent, studiose devitentur; denique defectus omnes et abusus culturae catholicae iuventutis noxii, scholarum item et Docentum existimationi quaqua ratione derogantes sollicite, citra tamen concernentium confusionem sufferantur.

**Nr. 2330.**  
Congregationes  
Docentum et the-  
matum elaborata.

Quantum porro ad themata pro elaboratione proponenda attinet, ea in conformitate circularium meorum, Dominica Passionis anni praet. Nr. 1291. editorum ordinum in ipsa congregatione designabuntur; mox ubi elaborata fuerint, scholarum Inspectori transponentur, qui eadem uni alterive Docentum rei scholaris bene peritorum pro faciendis censuralibus reflexionibus extemplo communicabit, vel pro re nata ipse crisi subiiciet; elaborata dein cum reflexionibus ad calcem adpositis, occasione conferentiae Docentum, a scholarumInspectore elaborantibus pro faciendo censuralium reflexionum usu admanuabuntur, moxque reddentur, in scholari Districtus archivo veluti solertiae et progressus Docentum testes conservanda. Per se vero intelligitur, elaborata talia, quae crism sustinent, publice in congregatione praelegi, quae vero ad lydium lapidem exacta omne punctum tulerint, pro aliorum institutione et exstimulatione ope pagellarum scholarium typis quoque procudi posse. Elaborata idmodi Officio huic dioecesano adusque transposita, fine repositionis ad archivum scholare hicce readcluduntur.

In reliquo Protocollum de asservatis idgenus congregationibus, manu Notarii e numero Docentum eligendi deducendum, quodve praesentium cognomina inomisse complectatur, mox, ubi concinnatum et a scholarumInspectore consubscriptum fuerit, dioecesano huic Officio exhibebitur, c. r. sectioni Locumtenentiali de praescripto communicandum. Agite charissimi! ut laudabiliter coeptis infatigabili et porro progressu insistatis, sedulaque adplicatione Vestra utilitati Ecclesiae sanctae Dei nec non status publici emolumento hac quoque in parte salubriter provideatis! Strigonii die 30-a Maii 1859.

**Nr. 2342.**

Resolutionem Excelsi institutionis Ministerii ddo 5-ae Maii a. curr. Nr. 5806. intuitu libri arithmetici sub titulo „Početnice pro školy venkovské v císařství Rakouském“ ad populares labii slavici scholas inducendi, et in c. bibliopolio Viennae erga pretium

Liber arithmeti-  
cus praescribitur.

23. xror. mon. austr. prostantis editam, mecumque ope Rescripti c. r. sectionis Locumtenentialis Posoniensis sub 22-a eiusdem Nris <sup>12636</sup>/<sub>2098</sub>. communicatam pro conformi effectu Vobis hisce notam reddo. Strigonii die 1-a Junii 1859.

**Nr. 2375.**

Statio Docentis  
in Valkócz-Závada  
vacat.

Pro Docentis una Cantoris labii slavici statione in Valkócz-Závada, ad Parochiam Nemesény filiali, vacante Concursus in 5-am Julii a. curr. defigitur. Proventus eiusdem mediante fassione scholari nuper regulati sunt sequentes: in agris tenet 1½ iugerum; pro institutione et titulo fusi percipit 47. metr. pos. siliginis; e cassa Communitatum 60. fnos val. austr. a singula prole scholam frequentante, quarum numerus ad 40. excurrit, 1. fnum mon. austr.; pro lignis 6. fnos 20. xros; a funeribus 8. fnos; denique 20. centenarios foeni. Hospitio utcunque commodo hortus quoque adiacet. Recursus Can. hon. Josepho Valentovich, Districtus S. Benedictensis VADno et oppidi cognominis Parocho inscribantur et exhibeantur. Id quod Docentibus subdocentibusque Vestris congrue ad notitiam perferatis. Strigonii die 4-a Junii 1859.

**Nr. 2424.**

Militum statutio  
ordinatur.

Sensu Rescripti c. r. Locumtenentialis sectionis Posoniensis ddo. 5-ae curr. Nr. 14088. Sua Maiestas Sacratissima alteram hoc anno militum statutionem ordinare dignata est, pro qua praeliminares labores iam 15-a huius sument initium. Hoc ex incidenti Curatis promptam cooperationem et signanter Extractuum matricularium relate ad illos, qui anno 1839. nati sunt, tam pro politicis Jurisdictionibus, quam pro parte eorum, qui talibus ad exoperandam sui immunitationem egebunt, accuratam et celere expeditionem hisce impense commendo. Strigonii die 7-a Junii 1859.

benevolus

*Joannuelard H. E. H. H.*



15.

## Venerabili Clero Archi-Dioecesis Nostrae Strigoniensis Salutem in Domino et paternam Benedictionem!

**Nr. 2483.**

Docentibus castra  
sequi admittitur.

Sua Sacratissima Maiestas caes. regia, quemadmodum e Rescripto Excelsi internorum negotiorum Ministerii sub 9. Maii a curr. N. 4373. edito innotuit, clementer indulgere dignata est: ut illa civilibus muniis admota Individua, quae ad tempus durationis belli c. r. exercitum, vel sic dictorum voluntariorum cohortes, cum civilium suorum servitiorum reservatione ingredi intendunt, in huius desiderii executione omnimode succollentur. E censu horum vigore Rescripti, a c. r. publicae institutionis Ministerio ddo 15-ae eiusdem mensis Nr. 653. emanati, nec Individua muneri docendi admota eximuntur, quae tamen, antequam indigentis scholarum sibi creditarum debite provideatur, stationes suas deserere neququam audent. Id quod nexu provocationis a c. r. sectione Locumtenentiali Budensi sub 30. Maii Nr. praes. 2584. ad me directae, scopo eo Vobis annuncio, ut Docentes scholarum elementarium, qui animum ad sequenda castra adjecerint, recursus suos, dictae Locumtenentiae inscriptos, dioecetano huic Officio fine promotionis exhibeant. Strigonii die 10-a Junii 1859.

**Nr. 2549.**

Praeparandistae  
a militando haud  
liberi.

C. r. sectio Locumtenentialis Poseniensis ope Rescripti sub 5. Martii a curr. N. 5149. editi, ex incidenti sollicitatae alumnorum Praeparandiae a militando exemptionis, eam communicat Excelsi institutionis Ministerii declarationem, quod petito huic deferri quidem neququam possit, quo tamen docentium Individuorum succrescentia in popularibus Regni huius scholis deinceps securisetur, eo enitendum esse: ut Praeparandiae Instituta jam cum 16. aetatis anno adiri, biennalis eorum cursus ante octeptam aetatem pro statutione militari defixam absolvi, alumni que stationibus in qualitate Docentum aut subdocentum tempestive admoveri possint. Id quod pro Vestra et eorum, qui animos ad frequentanda Praeparandiae Instituta in futurum adjicerent, directione hisce notifico. Strigonii die 17-a Junii 1859.

**Nr. 2579.**

Insertiones ad  
Protocollum scho-  
lare et dioecesa-  
num.

Quo dubiis ratione insertionis ordinationum in re scholari editarum ad Protocollum praescriptae hinc inde obortis occurram, ad circulares meas literas, repetitis vicibus, signanter ddo 4-ae Jan. 1858. Nr. 82. item 28-ae Aprilis a. curr. Nr. 1910. in hoc merito dimissas Vos praesentibus reinvio, ductu quarum Protocollum scholari omnes normativi circa rem scholarem ordines inde ab 1850-o usque 1858-um editi, abinde vero omnia, quae scholas attinent, indiscriminatim inseri debent, nisi typis excusa essent. Quia vero, penes modernam Cancellariae meae dioecesanae praxim, omnes ordinationes et annunciationes in obiectis tam pure ecclesiasticis quam scholasticis ope preli singulis Vestrum ad notitiam perferri, quin imo argumenta earundem succincte indicari quoque in margine solent, transsumtio harum ad Protocollum scholare eo ipso superflua evadit, verum sufficit, si Protocollum scholari, quod ab illo ordinationum dioecesanarum distinctum sit, dictarum ordinationum anunciationumque scholarium extractus, cum facta diserta ad datum et Nrum circularium, sollicite inter acta conservandarum, et ubi iustum volumen effecerint compingendarum provocatione insertus fuerit; qualis quidem provocatio etiam Individuorum, a munere docendi vel scholis amotorum, aut deperditorum testimonialium Duplicatis provisorum cognominibus, alphabetico ordine inserendis, facilitandae perquisitionis gratia, inomisse adiicietur. Id ipsum cynosurae instar Vobis sit in quibusvis etiam ad Protocollum ordinationum dioecesanarum insertionibus, ut adeo in posterum insertiones hae protocollares instar indicis circularium typis procudendarum deserviant, quae num debite fiant, in instrumento Visitationis VADiaconalis et relatione annua de statu scholarum expresse adnotandum erit. Strigonii die 21-a Junii 1859.

**Nr. 2591.**

Statio Docentis in  
Kéménd vacat.

Concursus pro Docentis una cantoris labii hungarici in Kéménd statione in diem 25-am Julii a. curr. praesentibus defigitur. Habet in agris jugera 20, pratum fossoris unius, pascuum commune; titulo lecticalis frumenti mixti metr. pos. 40; lignorum focalium orgias 9. a Dominio; 6. centenarios foeni, fagopyri 4 metr. pos.; in aere parato 60. fnos e cassa Communitatis titulo instructionis prolium; e cassa Ecclesiae fnos

40.; titulo stolae incirca finos 12; denique 24. medias vini. Habitaculo commodo hortus 60. org. quadr. amplus adiacet. Recursus debite instructi mihi inscribantur et surr. Districtus Párkányensis VADiacono Stephano Tölgyesy, Parocho in Szölgyén, usque praestitutum terminum exhibeantur. Quosuper Docentes subdocentesque Vestros congrue edoceatis. Strigonii die 21-a Junii 1859.

**Nr. 2604.**

Qui opinione hominum pro coniugibus habentur, qualiter copulandi?

Exincidenti obmotae quaestionis quoad applicationem §. 40. novissimae legis civilis matrimonialis, emanavit sub 19-a Maii anni curr. altissima Resolutio, sensu cuius, dum duae personae invicem copulari desiderant, quae communi opinione pro coniugibus habebantur, in ordine ad dispensationem in omnibus tribus bannis pro parte earum a potestate quoque civili procurandam, debet ante omnia concernens Parochus ab illis iuramentum — et quidem sine concursu officialis civilis, prout in casu §-i 39-i requiritur — super eo excipere: quod nullum eis notum sit impedimentum, quo ab ineundo Matrimonio arcerentur; tum vero recursum via Ordinariatus ad Praesidium c. r. Locumtenentiae — respectivis Partibus expresse nominatis — dirigere, erga quem dein Praesidium ipsum, absque interventu subsidiariorum officiorum, petitam dispensationem elargietur. Strigonii die 24. Junii 1859.

**Nr. 2621.**

Concursus pro cathedra Histor. eccl. Strigonii.

Circularibus meis festo S. Ladislai R. Conf. 1858. Nro. 2628 datis literis innotuit Vobis, quod Concursus pro obtinenda cathedra Historiae ecclesiasticae in Seminario Strigoniensi subin asservandus sit; quare praesentibus significandum habeo, dictum Concursum hic Strigonii celebrandum, in diem 25-am affuturi mensis Julii defixum esse. Quibus itaque animus et necessaria cognitionum supellex est, pro hoc termino provocantur, quos primum quidem breve orale examen facere oportebit, ex quo modus proponendi ipsorum pateat; deinde autem theses sigillo obsignatas recipient et scripto deducant. Strigonii 25-a Junii 1859.

**Nr. {2601.  
2637.**

Abb. Can. Vincent. Jaross et Jos. Kovács Paroch. fatis cessere.

Rssimum Vincentium Jaross, Abbatem, Ecclesiae meae Metropolitanae Strigoniensis Canonicum et b. nominatum Archi-Diaconum Cathedralem die 22-a curr. anno aetatis 65-o; Josephum porro Kovács Parochum Szomolányensem, die 24-a anno aetatis 70-o susceptis pie moribundorum Sacramentis fatis functum esse significando, animas eorum piis suffragiis commendo. Recursus pro vacante parochiali hocce Beneficio, Patrono concernenti inscripti, usque ultimam mensis Julii horsum dirigendi erunt. Strigonii die 26-a Junii 1859.

benevolus

*Joannuelard H. Episcopus*

Venerabili Clero Archi-Dioecesis Nostrae Strigoniensis  
Salutem in Domino et paternam Benedictionem!

Celeberrimi concionatoris Leonardi a Porto Mauritio sermones quadragesimales Carolus Huszár, Illmi ac Rssimi D. Episcopi Alba-Regalensis Secretarius, in hungaricum vertit. Opus, cuius procurationem Vobis praesentibus commendo, duobus tomis absolvitur, adquiribile est apud auctorem in Cancellaria Episcopali Albensi. Strigonii die 2-a Julii 1859.

Opus, cui titulus: „Unio, vagyis a hit és történelem intelme a nem-egyesült görögöknek a romai katholika Anyaszentegyházzal egyesülésére“ auctore Francisco Horváth, SS. Theol. Doctore et Gymnasii Bajaensis Directore editum, et per Facultatem theologicam Pestinensem praemiatum, Vobisque abhinc sub 14-a Augusti anni praet. Nr. 3395. annunciatum, in pluribus exemplis in Cancellaria mea a 2. fl. et 65. xr. v. a. (2. fl. 30. xr. CM.) venale prostat. Strigonii die 4-a Julii 1859.

Necessarium censi hisce republicare praesistentem, ast non semper ab omnibus observatam idmodi meam ordinationem, vigore cuius dispositum habetur: ut Curati Vicarialis Districtus Tirnaviensis officiosas suas remonstraciones, quas ad me dirigunt, prout etiam VADiaconi suum Districtum concernentes relationes via Officii mei Vicarialis Tirnaviensis horsum promoveant. Convenit enim, ut mododictum Officium Vicariale noscat indigentias et adiuncta crediti sibi Districtus, prout et dispositiones a me ad eundem Vicarialem Districtum editas. Penes huiusmodi porro modalitatem possibile evadet memorato Officio Vicariali, mox super obiectis meae decisionis substratis suam opinionem depromere, et, quae nefors ei praesto sunt, data ad quaestionis clarificationem conducentia isthuc subministrare. Rescripta dein mea concernentes pariter via eiusdem Officii Vicarialis recepturi sunt. Strigonii die 7-a Julii 1859.

Cum fidedigne mihi innotuerit, quod concursualis pro vacante in S. Benedicto Docentis una Cantoris statione terminus, ope Circularium ddo 19-ae Maii a. curr. Nr. 2209. in 21-am Junii defixus, tempestive ubivis ad curati Cleri notitiam perlatus haud fuerit, augendae concurrentiae causa eundem usque 24-am affuturi mensis Augusti praesentibus prorogo; ad quem proinde terminum concurrere volentes recursus suos, Metropolitana meo Capitulo Strigoniensi, ceu iure praesentationis gaudenti inscriptos, Can. hon. VADiacono et Parocho oppidi cognominis Josepho Valentovich exhibeant. Id quod Docentibus subdocentibusque Vestris congrue notificetis. Strigonii die 8-a Julii 1859.

Termino exhibendarum notitiarum, concinnando schematismo dioecetano anni proxime venturi inservientium, in mensem Augustum defixo sensim adpropinquante, impressae hoc scopo tabellae plura exemplaria, quorum singulum pretio 2. xrorum MConv. cum aliis officiosis pecuniis subin horsum promovendo in Cancellaria mea dioecetana venale prostat, VADiaconis districtualibus fine adprocurandae adaequatae per Curatos inscriptionis cum eo praesentibus transponuntur, quod, siquidem status Docentum personalis nec non prolium scholarium numerus ineunte proximo venturo anno scholari praesistens schematismo inferendus sit, penultimae duae columnae, de Docentibus et numero scholarium agentes, in tabellari hac relatione penitus exmittendae sint, nec nisi cum initio affuturi anni scholastici, inomisse autem mense Novembri, in sensu circularium ordinum sub 18-a Aprilis a. curr. Nr. 1817. abhinc editorum, relatio desuper dioecetano meo Officio praestari debeat, iuxta seriem schematismi pro anno corrente procusi, nec non cum abbreviationibus illic occurrentibus ita concinnanda, ut, quamprimum adpulerit, mox prelo subiici possit. Strigonii die 11-a Julii 1859.

Inter periodicas relationes Officio meo dioecetano quotannis praestandas, ad calcem schematismi, signanter mense Augusto notatas, illae quoque de profectu gymnasialis iuventutis in Doctrina Religionis per decursum anni scholastici facto occurrunt. Illas proinde, utpote ex informatione concernentis Catechetarum, thesibus e Doctrina Religionis et historia biblica per anni cursum pertractatis, nec non classificatione iuventutis e Doctr. Religionis constantes, in sensu Resolutionis Exc. Ministerii ddo 23-ae Aprilis 1852. Nr. 3924. nec non 16-ae Februarii 1858. Nr. 20509 editae, quemadmodum adusque fieri consuevit, scholarum elementarium Inspectores, Curati item, qui Commissariorum dioecetanorum penes Gymnasia munere funguntur, fine promotionis ad Exc. Ministerium, via c. r. sectionum Locumtenentium abhinc faciendae, mox cum fine anni scholastici nunc et deinceps horsum exhibere satagant. Strigonii die 14-a Julii 1859.

benevolus

Joannuelard H. Eppm

Nr. 3089.

Nexu Rescripti c. r. sectionis Locumtenentialis Poseniensis, ddo 23-ae Julii a. curr. Nr. 17900. ad me directi, notum hisce redditur, Concursum pro vacante subdocentis in schola paradigmatica (Musterhauptschule) Tirnaviensi statione, cuius emolumenta in 210. flnis Mon. austr; duabus lignorum orgiis, nec non gratuito hospitio, ex uno cubili et camera constante consistunt, in 10-am Septembris a curr. defixum esse. Recurrentes supplicem suum libellum, c. r. sectioni Locumtenentiali Poseniensi inscribendum, literis baptismalibus, testimonio habilitatis pro scholis capitalibus requisito, nec non attestatis super sui adplicatione, moralitate, atque linguarum institutionis, germanicae nempe et slavicae peritia instruendum, Praeposito VADiacono Civitatis Tirnaviensis Georgio Schnell, fine communicationis cum civico Magistratu, ceu praesentationis iure gaudente, dein vero exhibitionis horsum faciendae, usque praefixum Concursus terminum immanent. Annunciatio haec idiomate germanico scholarum Inspectoribus Locumt. Posen. in origine adnectitur. Strigonii die 1-a Augusti 1859.

Nr. 3110.

Per translationem Josephi Laczuska ad parochiale Beneficium Fölsó-Zellense, Parochia Sz. Antalensis in vacantiam recidit; quare pro recursibus, qui concernenti Patrono inscripti sint, mihi exhibendis terminum ultimae diei currentis mensis hisce praefigo. Strigonii die 2-a Augusti 1859.

benevolus

Joannuelard H. Eppm

Nr. 269

Leon. a Porto  
mones sacri

Nr. 2748

Opus praemiatum  
„Unio“ venale  
prostat.

Nr. 2792

E Distr. Vicar.  
Tirnav. relatio  
via eiatis Off.  
Vicar. horsum  
hibendae.

Nr. 3110.

Sz. Antalensis  
parochia vacat.

Nr. 2801

Terminus Concursus pro statione Docentis S. Benedicti prolongatur.

Nr. 2850

Tabella pro schematismo communicata.

Nr. 289

Relatio de profectu Gymnasii in Doctr. lig. deposita.

17.

## Venerabili Clero Archi-Dioecesis Nostrae Strigoniensis Salutem in Domino et paternam Benedictionem!

Currente anno scholari ad exitum declinante tempestive scholarum Inspectores reflectendos duxi, ut, quae e Cancellaria mea sub 18-a Aprilis a. curr. Nr. 1817. ad ipsos dimissa sunt Tabellae A) formularia, eadem e factis per districtuales Curatos indictationibus usque mensem Novembrem debite explere, summis particularibus, ino-misse autem generalibus, utpote pro concinnanda in dioecetano meo Officio Tabella B) principaliter requisitis, ad calcem paginarum, de columna ad columnam rite providere, sicque adiustatam Tabellam A) comitibus observationibus et necessariis remonstrationibus pro congruo Officii dioecetani usu in uno exemplari horsum exhibere satagant. Quo vero negotium hoc tantisper facilitetur, atque differentia inter statum scholarum anni prioris et praesentis clarius in oculos incidat, exhibitas anno proxime elapso Tabellas pro congruo usu erga remissionem praesentibus readcludo. Maxime attendendum est, ut particulae summae in unum additae generali, quae easdem in continenti excipit, apprime respondeant, cum secus summam summarum debite ad calcem exponendam vacillare necesse sit.

Columna 5-a cum duabus suis rubricis, ratione institutionis scholaris an tota die vel media? impertiri solitae, vacua relinqui poterit, cum columna haec nisi ratione linguarum in institutione vigentium in Tabella B) complenda deposcatur.

Columnae 11-ae, quae summam prolium scholas frequentare obligatarum, id est aetatem annorum 6—12 agentium indicat, numerus scholas adire adstrictarum tum in locis scholae cuiquam ingremiatis, tum in non affiliatis, si talia adessent, summarie inferatur, a qua summa ubi numerus actu frequentantium postrema columnae 12-ae rubrica comparens subtractus fuerit, maiorem vel minorem obligatarum prae actu frequentantibus numerum, columnae 13-ae rubricis inserendum ob oculos sistet.

Columna 16-a—21-am in vicem inscriptionum, quas de praesenti in fronte exhibet, has quatuor genericas qualificationis notas deinceps praeseferet, utpote „Musterlehrer, sehr gute, gute, et mittelmässige (Qualification)“ quae proinde prioribus extemplo cancellandis ope atramenti superinduci, et summarie ad calcem paginae exponi debent.

Reliquae Tabellae huius columnae qualiter intelligi complerique debeant? de quibus item obiectis observationes et remonstrationes, si opus foret, etiam prolixiores horsum exhibendae sint? dioecetani hoc in merito ordines, signanter: ddo 28-ae Febr. 1858. Nris 445. et 475; 4-ae Martii a. eiusd. Nr. 1039. nec non 21-ae Febr. a. curr. Nr. 981. editi clare indigent, quorum proin lectionem, relectionemque impense Vobis commendo, ne secus defectus operose hic supplere, vel Tabellas rectificationis causa remittere oporteat.

Quod relationem tabellarem de scholis sic dictis dominicalibus attinet, ubi ubi tales existunt, in Tabellae A) columna 6-a rubrica 3-a numerice notari debent; numerus autem prolium easdem frequentare obligatarum (ab anno aetatis 13-o usque 16-um inclusive) nec non actu frequentantium sive suis locis, utpote columnis 10-ae—13-am in Tabella A) ad singulam Parochiam, post reliquas proles scholares signatura rubra, vel cum adnotatione, quod proles hae scholam dominicalem adeant inferri, vel praescripta scopo hoc tabella summis provisiva simul cum Tabella A) exhiberi debet.

Relatio denique de scholis arborum et cultura apum, aequae simul et ad semel cum Tabella A) ad mensem Novembrem substernenda, distincto instrumento ita exhibeatur, ut summa generalis praescriptarum rubricarum, utpote qua sola in elaboranda hic loci generali Tabella opus est, utrobique clare in oculos incidat. Cum, ut praemissum est, omnes hae tabellares relationes pro usu duntaxat dioecetani Officii deserviant, perinde est, an germanico an vero latino idiomate concinentur; casu in postremo consultum erit, germanicas columnarum rubricarumque inscriptiones, quo ab iis Curatis, qui linguae germanicae gnari haud essent, insertiones adaequate fieri possint, cum latinis commutare. Strigonii die 26-a Julii 1859.

Nr. 30

Tabella A)  
reliquis de-  
tur.

Nr. 3415.

Pro complenda  
tatione Docentis  
a Tergenyne Con-  
sursus indicitur.

Pro complenda vacante statione docentis et cantoris labii hungarici in Tergenyne, filialis ad parochiam Nemes-Oroszi praesentibus Concursus in 15-am affuturi mensis Septembris defigitur.

Emolumenta huius stationis sunt sequentia: Titulo lecticalium habet a communitate 9. metr. pos., singulam ab uno fl. et 36 xris visitationaliter assumendo facit 13 finos. — Titulo stolae habet incirca 4. fl. 20. xr. v. a.; a communitate in aere parato 6. fl. 30. xr. v. a. In immobilibus habet 5. iugera catastralia, dein hortum postdomalem  $\frac{1}{2}$  iugeri. Agros et prata communitas tenetur cultivare, habet insuper ius pascuationis cum communitate, et praeterea si commassatio effectuada fuerit, praesens tenutum ad mediam sessionem colonicalem elevabitur. Unam orgiam ligni pro se, pro calefactione vero cubilis scholaris 15 fl. 75. xr. val. austr. A 30 incirca prolibus totidem finos, seu 31 fl. 50 xr. v. a. Habitatio Docentis uno cubili, culina, camera, stabulo, et reclinatorio curruli absolvitur.

Recurrentes supplices suos debite instructos Distr. Lekérensis surr. Vice-Archi-Diacono et Parocho Zelizensi Joanni Sulhay usque praecitatum terminum exhibeant. Strigonii die 29. Augusti 1859.

benevolus

Joannulard H. E. H. H.

18.

## Venerabili Clero Archi-Dioecesis Nostrae Strigoniensis Salutem in Domino et paternam Benedictionem!

**R**eflexe ad casus impedimentorum matrimonialium, in quibus Dispensatio a Sancta Sede Apostolica petenda venit, pro directione Vobis intimandum habeo, quod in recursibus — utique non nisi fundamento gravium canonicorum motivorum — isthuc praevio scopo formandis, semper aetas quoque oratorum, necnon nomina et aetate minorum, quae nefors e priore matrimonio praesto sunt, prolium, specificae et accurate indicari debeat; hoc enim iuxta praxim Curiae Romanae in omnia requiritur. Strigonii die 12-a Augusti 1859.

**Nr. 3251**

Recursus pro dispensationibus romanis quomodo adorandi.

Exorto die 4-a curr. mensis in oppido Szobotist fatali incendio: Emericus Jedlicska, localis Parochus totius suae procreationis tristem ac sensibilem iacturam passus est. Flammae horreum parochi cum tota frugum crumena absumere. Aestimatur damnum authentice ad 1400 fl. V. A. Tantam stragem perpeccum fratrem hisce charitati Vestrae fine conferendarum pro illo benevolarum symbolarum commendo. Strigonii dia 20-a Augusti 1859.

**Nr. 3331**

Szobotistensis Parochus, per incendium damnificatus charitati fratrum commendatur.

Statio Docentis in Kis-Koszmály (filialis ad Uj-Bars) labii hungarici in vacantiam recidit. Emolumenta huius stationis sunt sequentia: a Communitate 4. metr. pos. tritici puri et 20. metr. pos. tritici mixti. In aere parato 36. fl. et 75. xr. V. A.; 3. orgiae ligni focalis; unum currum foeni; unum iugerum agrorum;  $\frac{1}{4}$  iugeri pro canabeto;  $\frac{1}{4}$  iugeri pro plantatione solani tuberosi et lentium. A proliis scholaribus incirca 45. per 35. xr. v. a. insimul 23. fl. et 60. xr. v. a.; insuper per  $\frac{1}{2}$  metr. pos. siliginis; unam pernam a singula prole et unum pullum. Pro calefactione scholae a Communitate percipit 3. orgias lignorum, et a quovis scholari  $3\frac{1}{2}$  CM. proinde 2 flnos et 77 xr. v. a. Habitatio Docentis absolvitur uno cubili, culina, camera et stabulo, cui exiguus hortus adiacet. Speratur his occasione mox suscipiendae commassationis terreni tria iugera titulo pascui, demum a Dominio terrestri aliquot iugera agrorum titulo meliorationis accessura. Pro complenda hac statione praesentibus terminum asservandi concursus in 26-am Septembris praefigo. Qui recurrere animum adicerent: supplices suos debite instructos VADiacono et Parocho Csejköensi Matthaeo Dualszky usque praedictum terminum submittant. Strigonii die 25-a Augusti 1859.

**Nr. 3372**

Kis-Koszmályensis si pro statione Doc. concursus publicatur.

Statio Docentis in Capitali schola Posoniensi ad S. Ladislaum vacans reddita est. Emolumenta huius stationis sunt: salarium annuum efficit 378 fl. Val. Austr. relutum pro hospitio 84. fl. Val. Austr.

**Nr. 3377**

Statio Docentis in Cap. Schola Posoniensi vacans

Qui pro hac statione, in qua cognitio linguae germanicae necessaria est, recurrere volunt supplices suos, necessariis documentis provisos et Magistratui Civitatis Posoniensis inscriptos, Canonico et Parocho Posoniensi ad S. Martinum Carolo Heiller usque 24-am affuturi mensis Septembris exhibeant. Strigonii die 25-a Augusti 1859.

**Nr. 3378**

In Kolpach et Tepla statione Docentis vacans

Stationes Docentis una Ludirectoris in Kolpach et Tepla in vacantiam reciderunt.

Emolumenta stationis Kolpachensis sunt sequentia: a Caes. Reg. Camera Montana Schemniciensi 36. fl. 75. xr. val. austr. — a Communitate eiate titulo abolitarum diversarum minorum praestationum 29. fl. 40. xr. val. austr.; ab eadem titulo reluti didactri iuxta numerum prolium scholarium incirca 120. fl. val. austr., titulo stolae et schedarum promulgationum circiter 10. fl. valut. austr. — titulo colledae a Parocho 2. fl. val. austr. — ex offertoriis aequae tantum. Habet hortum postdomalem 323. □ orgiarum, pascuum pro cornuto pecore liberum, ligni focalis pro propriis et scholae usibus a Caes. Reg. Camera Montana insimul 12. orgias, quas in sylva secare et ad domum devehere obligatur Communitas; a quolibet colono  $\frac{1}{2}$  metr. poson. siliginis, quod insimul 18. metr. efficit; habet denique commodum et sic-

# Venerabili Clero Archi-Dioecesis Nostrae Strigoniensis Salutem in Domino et paternam Benedictionem!

C. R. L. Sectio Budensis ope Rescripti ddo 25-ae mensis praet. Nr. 24460. emanati insinuat mihi terminum asservandi examinis habilitationis Docentum in Praeparandiae Instituto Strigoniensi in diem 25. 26. et 27. affuturi mensis Octobris defixum esse; — 25-a scripturisticum, 26-a vero et 27-a orale examen asservabitur. Hoc Docentibus subdocentibusque Vestris cum eo notificetis: quod in posterum tali examine nondum probati Docentes nullibi adplicationem accepturi sint. Strigonii die 3-ia Septembris 1859.

**Nr. 3492.**  
Strigonii examen habilitationis asservabitur.

Ad effectum Decisi Concilii Provincialis Strigoniensis id sancientis: ut quoad matrimonia, quae inter Catholicos et A catholicos contrahuntur, in impedimento mixtae religionis dispensatio a Sancta Sede Apostolica impetretur, posteaquam ob frequentiam huiusmodi matrimoniorum in singulo casu ad Sanctam Sedem Apostolicam pro simili dispensatione recurrere impracticabile foret, supplex factus sum Suae Sanctitati Summo Pontifici: ut mihi facultatem in praememorato impedimento nomine et auctoritate Sanctae Sedis Apostolicae dispensandi benigne largiri dignetur.

**Nr. 3522.**  
Circa mixta Matrimonia instructio datur.

Sua Sanctitas clementer annuit idgenus precibus meis, vigoreque Rescripti Apostolici, sub 24-a Julii anni cur. emanati, me petita dispensandi facultate ad triennium pro casibus urgentioribus, et in quibus praescriptis ab Ecclesia conditionibus, ac praesertim de amovendo a coniuge catholico perversionis periculo, de conversione acatholici coniugis ab ipso pro viribus curanda, et de universa prole utriusque sexus in catholicae religionis sanctitate omnino educanda satisfit, benigne instruere dignata est, faciendo mihi una potestatem, ut facultatem hanc subdelegare quoque possim; quam etiam ambobus meis Vicariis Generalibus Strigoniensi et Tirnaviensi hisce subdelego. In futurum itaque in omni casu ineundi mixti connubii ad me et respective Vicarium meum recurrendum erit, adferendo motiva, quae tale connubium svaderent.

E dictis apparet: questionatae dispensationi non nisi in illis casibus mixtorum matrimoniorum locum esse: quando educatio omnium prolium in Religione Catholica sive vi legis sive vi Reversalium in tuto posita, casusque urgentior est, moram pro dispensatione Sanctam Sedem adeundi excludens: quae proin circumstantia in formandis per Curatos recursibus pariter diserte exponi debet.

E contra in casibus, in quibus nimirum praerecensitis conditionibus non satisfit, dispensatio nec peti nec dari potest; verum talia mixta matrimonia manent semper illicita, utut, si ineantur iuxta praevigentes legales normas — quibus proin ultro inhaerendum erit — pro validis haberi debeant. Strigonii die 31-a Augusti 1859.

**Nr. 3543.**  
Relationes scholares exhibendae imminent.

Scholae capitales altiore scholarum elementarium classem constituunt, unde relatio tabellaris quoque, ministerialibus ddo 4-ae Junii 1855. Nr. 8249. editis ordinibus conformiter, distinctim de iisdem exhiberi debet. Terminus relationis huius iuxta communicatas rubricas concinnandae, in mensem Octobrem, utpote quo institutiones scholasticae initium sumunt, defixus est. Haec proinde relatio ad praeindicatum terminum in duplici exemplari, quorum unum c. r. publicae institutionis Ministerio transponendum, alterum usibus concernentis c. r. Locumtenentialis Officii relinquendum disponitur, a dictarum scholarum Directoribus vel dirigentibus Docentibus adparanda erit ita, ut rubrica observationum quoque, iuxta in viationem praevio ministeriali Rescripto comprehensam, exacte compleatur. Formularia tabellarum pro hoc usu praescriptarum c. r. Locumtenentialis sectio Posoniensis, quam intuitu suppeditandorum tabellae exemplarium nuper interpellavi, in omni c. r. bibliopolio erga pretium 5. xrorum val. austr. venalia esse indigitavit. Id quod pro congrua notitia scholarium Inspectorum, in quorum Districtu scholae idmodi capitales reperiuntur, hisce annuncio.

Sed vero, quantum ad scholares relationes, Novembris etiam terminus adpropinquat, utpote quo status scholarum elementarium ope Tabellae A) adumbratus

exhiberi, gravamina in re scholari, opera item ad ea tollenda impensa ob oculos sisti; tabellaris relatio de cultura, apum, scholis arborum et dominicalibus, et quidem singulae in uno exemplari praestari debent. Docentum quoque et subdocentum consignatio, nec non numerus scholarium cum initio ingruentis anni scholastici praeeexistens, pro usu schematismi ad annum futurum typis procudendi, eadem hac occasione exhibeatur. Responsa ad rubricas in tabella Visitationis VADiaconalis contentas Docentes scholasque attinentia, uti et observationes intuitu necessariae aedificationis aut restorationis aedium scholarium, rubricis Tabellae A) suo loco inferantur, prolixiore, ubi opus foret, remonstratione dilucidandae. Terminos periodicarum harum, uti et reliquarum officiosarum relationum, qui adusque ad calcem schematismi exhibebantur, quo certius in oculos incidant et exactius observentur, deinceps Directorio Officii divini suis locis inserendos disposui, iamque eidem prelum mox deserturo ad finem mensium effectivei inserti sunt ita, ut, quid proximo mense exhibendum sit, clare innuant.

Reflectendum adhuc habeo, quod testibus Protocollis adusque exhibitis, Congregationes Docentum pluribus in Districtibus asservatae sint, quin terminus et locus earundem horum iuxta praescriptum insinuatus fuerit; quare observantiam altiorum, abs me identidem publicatorum in hoc merito ordinum majorem in modum Vobis hisce inculco. Relationem denique de profectu in Doctrina Religionis nuper depostam, a parte Gymnasiorum: Pestinensis schol. piar. Schemniciensis et Comaromiensis, scholae item realis Budensis, a Commissariis dioecesanis adurgendam, ultro opperior. Strigonii die 9-ta Septembris 1859.

Nr. {3617.  
3618.

Jankó Alex. et  
Spribila Aloysii  
obitus insinu-  
atur.

Alexandrum Jankó, emer. Parochum Nádszeghiensem, in annum sextum Jubilarem Sacerdotem die 26-a m. praet. in Nagy-Salló a. aetatis 81. e marasmo senili; Aloysium item Spribila Parochum Pecsencizensem die 11-a curr. anno aetatis 62. post pie suscepta moribundorum Sacramenta in Domino obiisse Vobis insinuando animas fratrum Vestrorum solitis suffragiis commendo. Qui pro vacante taliter beneficio Pecsencizensi recurrere cuperent, supplices suos V. Capitulo Neosoliensi inscriptos usque 15-am affuturi mensis Octobris mihi exhibeant. Strigonii die 20-a Septembris 1859.

benevolus

Joannuelard H. E. H. H.

# JOANNES

S. R. E. TIT. S. CRUCIS IN HIERUSALEM PRESBYTER CARDINALIS

SCITOVSKY,

DEI ET APOSTOLICAE SEDIS GRATIA METROPOLITANAE ECCLESIAE STRIGONIENSIS ARCHIEPISCOPUS, SANCTAE SEDIS APOSTOLICAE LEGATUS NATUS, INCLYTI REGNI HUNGARIAE PRINCEPS PRIMAS, SUMMUS ET SECRETARIUS CANCELLARIUS, INSIGNIS ORDINIS S. STEPHANI REGIS APOSTOLICI PRAELATUS ET MAGNAE CRUCIS EQUES, S. C. ET R. APOSTOLICAE MAJESTATIS ACTUALIS INTIMUS CONSILIARIUS, AA. LL. ET PHIL. NEC NON SS. THEOL. DOCTOR, ETC. ETC.

Venerabili Clero Archi-Dioecesis Strigoniensis Fratribus et Filiis in Christo Dilectissimis Salutem!

Magnificate Dominum mecum — Charissimi! — et confitemini Illi, quoniam bonus et misericors est usque in saeculum! — En, numero septem Archidioeceseos Strigoniensis Sacerdotes \*) non protexit solum in atriis Sanctuarii sui, vigilantes super gregem in manibus portavit et gratia coelesti fovit, sed ad senectam usque et senium perduxit, longitudine dierum replevit, ut completo feliciter decursu anni huius presbyterii semi saeculo, hostiam laudis et calicem benedictionis, renovata quasi iuventute ad altare Altissimi in spiritu humilitatis et gratitudinis offerre mererentur.

Septenario huic sacrorum Ministrorum numero, de ineffabili misericordia sua me quoque humilem eorum Praelatum, Sacerdos in aeternum Christus Dominus adiungere dignatus est, ut essem quasi unus de ipsis et octo beatitudinum seriem complerem. — Verum unde hoc mihi — unde tantam emeruit indignitas mea bonitatis divinae dignationem et gratiam?! ut usque ad ingenitae nobilitatis canitiem, prope ad annos, qui labor et dolor sunt, provehar? provehar autem cum ea animi et corporis prosperitate, quae auxiliante Domino sufficiat, muneris pastoralis partibus ut plurimum respondere. — Charissimi! fortitudo mea et laus mea Dominus — dextera Domini exaltavit me — dextera Domini fecit virtutem — a Domino factum est istud et merito est mirabile in oculis nostris!

Gaudete itaque mecum in Domino Fratres Filiique dilectissimi! iterum dico gaudete, imo cantate et benedicite nomini sancto Eius, qui per quinquaginta presbyterii mei annos coelestis auxilii dexteram continuative porrigebat, languentem erigebat, fatiscientem roborabat, aegrotantem resanabat, verbo misericordiae misericordias addebat! — Quid retribuam tibi Domine, pro omnibus, quae tribuisti mihi? Calicem salutaris accipiam et Hostiam gratiarum sacrificabo nomini sancto Tuo!

Ut autem gaudium meum plenum sit et digna gratiarum actio ex ore multorum, imprimis eorum, quos in Fratres Filiosque dedit mihi Pastor aeternus, velut fumus aromatum ascendat de Hungarica Sion in conspectum Altissimi, cum cordiali laetitia annuncio Vobis: quod Sacerdotii mei Jubilaeum anno hoc 1859. Dominica XXI. post Pentec. in diem 6-tam mensis Novembris incidente, Deo dante, ad aram Primatialis Basilicae, ante triennium per manus humilitatis meae delibutae, ea cum festiva pietate, quam magnitudo doni coelestis et praecellentia officii insufficientiae meae incumbentis deposcit, ac votum Vestrum praestolatur, celebraturus sim. — Cui,

\*) Illmus ac Rasmus Emericus Tóth, Consecr. Eppus, E. M. S. Cantor Canonicus.  
Rasmus Josephus Linter, E. M. S. Can. Honor., V. A. D. Distr. Szereden., Paroch. Nagy-Súrensis.  
A. R. Josephus Csejtey, V. A. D. Distr. Szalkaen. et Paroch. Kemenczensis.  
A. R. Franciscus Szabó, V. A. D. Distr. Lekér. et Paroch. Nagy-Sallóensis.  
A. R. Ignatius Soóky, Emer. Paroch. Nagy-Kériensis, Inst. S. Adalb. Membrum.  
R. Joannes Holcsek, Parochus Podolaensis.  
R. Andreas Csemez, Emer. Parochus Alsó-Baarensis.



ut Vos quoque per districtualem Exmissum benevole interveniatis, Vos confidenter interpello et nomen deputati usque finem mensis huius indicari expeto. Quivis ad solennia venturus rochetto, stola alb. col. et bireto provisos sit. — Venite ergo Fratres, et Filii ter dilecti! — venite quaeso; ut in consortio Praepositi Vestri, ad finem vitae properantis, ante illum, qui mortificat, et vivificat pro bona voluntate sua, prostrati misericordias Domini decantetis — Hostiam laudis, ac gratitudinis offeratis et benedictionem a patre Vos multum diligente et pectori suo adstringente, amanter recipiatis.

Domine Jesu! En prostratus in terram Sanctuarii tui ex toto corde suspiro: Pater meus es tu — Deus meus et susceptor salutis meae! Suscipe salutaris Hostiae Jubilaeum sacrificium, in memoriam, et gratiarum actionem beneficiorum semi saeculo mihi abundanter collatorum! — Et si constituisti dies Sacerdotii mei in senectam et senium producere, aspice in me, et miserere mei, — gressus meos dirige in semitam mandatorum tuorum, ne dominetur mihi omnis iniustitia! — Benedic Beatissimo Patri Pio Papae IX. in tribulatione magna posito, quem Ecclesiae Tuae gloriose praeesse voluisti! Benedic Augustissimo Caesari, et Apostolico Regi Francisco Josepho, ut superatis pacis inimicis, in amore, et fiducia subditorum vivat felix quam diutissime! — Benedic Regno huic Mariano, ut in veritate et iustitia, in obsequio et conquiescentia tibi complacet! — Denique benedic Clero, populoque quem dedisti mihi, ut sanctificentur in verbo veritatis, et crescant de virtute in virtutem, dumque venerit eorum hora, confutatis maledictis, vocentur cum benedictis! — Et tu Mater Christi super omnes benedicta semper Virgo, et sine labe concepta!

Da peccata nos vitare  
Et quod iustum est amare!  
Da da Virgo finem bonum,  
Quod est super omne donum!! Amen.

Dabam Strigonii festo Nativ. B. M. V. anno 1859. Sacerdotii quinquagesimo, Eppatus trigesimo tertio, Archi-Eppatus vero decimo.

benevolus

*Joannuelard Eppatus*

## Venerabiles Fratres et Filii Dilectissimi:

Nr. 829.

Quantopere Vobis, totique orbi catholico doleat, quod Summus Sacerdos, venerandum Ecclesiae Catholicae Caput, Pius Papa IX. Pater Nostri amantissimus, amaritudine amarissima non tam afficiatur, quam pene conficiatur, Vobis filiique dilectissimi! ex nostris aliorumque publicis scriptis et pagellis usque ad doloris acerbitatem notum est. Sed quis etiam sibi a lachrymis temperet, audiendo angustias animi, quibus Pontifex Maximus iam plurium mensium decursu premitur; et novissime ad dimittendas spontanee Pontificias ditiones urgenter provocatur? — Immensitatem doloris sui, datis ad totius orbis Antistites sub 19-a mensis Januarii anni curr. litteris, sat superque exprimit, contestando: se id facere nec velle nec posse; — ditiones etenim hae non illius, sed Patrimonium S. Petri sunt, constituuntque proprietatem toto in Orbe christiano dispersorum, ducentenos millones numerantium Catholicae Ecclesiae filiorum, qua ad regendam plena cum libertate, et independentia tantarum animarum multitudinem indiget.

Epistolam hanc Encyclicam Vobis in lingua vernacula hisce sub .| adnectimus, ut parte ex una cognoscatis tenerrimum Beatissimi Patris affectum pro exhibito undique catholici Cleri et populi ob adffictionem suam compassionis sensu; parte ex alia vero ad contestandam factis quoque in Patrem adhaesionem, qui anxius praestolatur: „unde veniat auxilium sibi“ moveamini!

Si quando verificatum est illud: „Vox populi vox Dei“ impletur profecto magnifice his imprimis diebus, dum pro lenimine doloris Summi Antistitis quotidianis pagellis instruimur, quod non solum ad exemplum fidelium Jerosolymitanorum pro Petro, vinculis in carcere constricto, precantium, pro dignissimo Eiusdem Successore Pio IX. oratio fiat sine intermissione ab universa Ecclesia ad Deum, sed admirabili plane aemulatione innumerae Ecclesiarum particularium provinciae, parochiae, piaae confraternitates, religiosae congregationes, devoti foeminei sexus consociationes et singillativae personae scripto exaratis super adffictione Capitis sui cordialis compassionis sensibus et turmatim ad aram Altissimi pro Patre, necessitates patiente, depositis subsidiis manifestent, nihil sibi esse antiquius, ac ut patiente uno membro compatiuntur et ipsi qua membra, dum autem patitur Ipsum Caput, viribus unitis opere et sermone compassionem suam Urbi et Orbi notam faciant, taliterque in omnem terram exeat gemitus eorum, „et in fines Orbis terrae luctus eorum“!

Fratres et filii Charissimi! quid addam his, quidque loquar?! quando res ipsa periculi plena non tam loquitur, quam clamat, imo clamare non cessat: ut omnium humanorum respectum obliti Patrem nostrum quantillacunque ope salvare properemus. „Si multum tibi fuerit, abundanter tribue, si parum, illud libenter impertiri stude“ dicit Dominus. — Si his boni cordis in Patrem testimoniis de praegrandi malorum cumulo vix aliquid Vos remoturos existimatis, credatis oportet, multum admodum accessu vestro ad compactam efficiendam Catholicorum consensionem collatum et toti mundo exhibitum iri: quod Ecclesia Catholica in Capite et membris eodem firmo iure proprietate temporalium gaudeat, quo quisquis demum se terrena possidere persvasum tenet; esse proinde sacrilegam rapinam, iniquitatem in coelum clamantem, auferre ditiones Romanas ab Eis, qui illas a decem et ultra saeculis, longiori profecto tempore tenent quam quiscunque Europae Potentatum sua possideat. „Vae talia operantibus; — quia vindex erit Dominus de his omnibus“!

Non moror hic in memoriam ea per summos apices revocare, quae Vos in annalibus Patriae Nostrae legisse non dubito; quippe quod nos, qua filii Ecclesiae Christi, eiusdem visibili in terris Capiti vinculo obedientiae et reverentiae obstricti, etiam speciali gratitudine pro temporalibus beneficiis Sedi Apostolicae devincti simus. — Immensa sunt, ut alia taceam Charissimi! — illa subsidia, quibus Romani Pontifices ad christiani nominis hostes, Turcas a cervicibus nostris, a chara patria (quam magna ex parte duobus prope saeculis devastabant, aras evertabant, Dioeceses Sacerdotibus evacuabant, fideles iugulabant, et florens Regnum in desertum redegerant) repellendos Antenatis nostris ultro et promte per vices subveniebant. — En Clemens VII. 400. millia florenorum et 4. millia militum adhuc ante cladem ad Mo-

hâcs Regi Ludovico — ex post vero Ferdinando primo centum millia aureorum misit, — huius in Pontificatu successor Paulus III. in bina cohorte 7000. armatorum statuit. Non minus beneficus fuit in pressos hungaros S. Pius V., dum in expensas belli Maximiliano Regi quinquaginta millibus ducatorum succurit. — Horum in nos multum afflictos largitatem accumulaturus Clemens VII. decem millia armatorum nostris adiunxit. Et quanto non prosequamur grati animi sensu Alexandrum VII. Papam, qui septingenta millia aureorum ad reprimendos Turcas obtulit, — et quantis prae caeteris non celebremus laudibus Innocentium XI., qui duos milliones de aureis ad Turcam a Vienna, Jaurino, Strigonio, Buda repellendum Leopoldo 1-mo sacrificavit! Librum oporteret scribere, ut in nos Sedis Apostolicae benevolentiam per omnes ramos et modos enumeremus; — ast sufficiant haec, quia et haec magna sunt, et in compatiante corde non possunt non vehemens relinquere desiderium, ut in tribulatione posito universali omnium Christianorum Patri illa gratiarum contestatio tribuatur, quam beneficiorum perceptorum deposcit magnitudo.

Ex omnium horum intuitu factum fuisse concludo, quod complures de Clero et populo ad compassionis affectum erga Patrem, periculis quam maximis expositum, factis contestandum, desiderio desideraverint scriptum condolentiale ad pedes Eius deponere, et numulis quoque, absque omni provocatione oblatis, suspiranti pro opportuno auxilio Patri subvenire. Ut his sponte currentibus — calcar addam, aliosque ad consecrationem exemplo horum moveam, sequentia in Domino constituenda censi:

1-o. Proxima post receptas has currentales litteras Dominica, praemissa conveniente allocutione Encyclica Beatissimi Patris ex Cathedra publicetur — eique continentiae harum Circularium compendiose subiiciantur eo subnexo: a) quod totus Orbis catholicus — cuiusvis Regni incolae — aemula quadam contentione satagant magna necessitate presso Beatissimo Patri pecuniaria oblata offerre, vel adminus contestandae compassionis causa nomina sua chartae inscribere aut inscribi facere — b) quod conveniens sit, ut nos quoque hungari, etsi non simus provocati, sponte et prompte universo populo catholico nos iungamus et pro bona voluntate unum alterumve numum offeramus.

2-o. Oblata fieri poterunt v. a. asservato ut alias quoque fieri assolet, circa aram offertorio, vel in pixidem ad medium Sanctuarii inter duos ardentis cereos cum Crucifixo depositam, vel alia accomoda ratione. Ubi autem observaretur populum ad subscribendas Condolentiales primum esse ipsa subscriptio Condolentialem et conscriptio utriusque sexus nominum (coram teste scripturae gnaro) fieri poterit in loco, quem Parochus opportunum censuerit.

3-io. Post effluxum unius alteriusve hebdomadae quivis parochus a) oblata pecuniaria penes consignationem — et b) phylaras subscriptionum cum sua attestazione ad calcem ponenda VADiacono transponet, qui absque mora penes Elenchum parochiarum cum specificatione collectae summae et catalogum subscriptorum ad Cancellariam Primatiam promovet, hinc indilate cum brevi Condolentialem epistola via Nunciaturae Apostolicae Romam mittenda. Caeterum ne res haec sinistram progignat explicationem, repetitum declarandum erit: nullum ad haec faciendum obligari, actum esse a sola voluntate cuiusvis individui pendentem, — nec ullam unquam subsequens obligationem.

Super haec vero omnia oremus ferventer et frequenter Charissimi! ut Deus et Dominus noster inimicos S. Ecclesiae humiliare — Summum eiusdem Pontificem de faucibus adversantium eripere — Principibus veram concordiam et populo christiano pacem misericorditer tribuere dignetur. Te rogamus audi Nos! Dabam Strigonii die 6-a Februarii 1860.

Joannuelard Hystri

22

# Szentséges Atyánk IX. Pius pápa körlevele.

Tisztelendő Testvéreinknek, a Patriarchák-, Primások-, Érsekek-, Püspökök és a többi az apostoli Szentszékkal kegyelemben és egyességben levő főpásztoroknak.

## IX. Pius Pápa.

Tisztelendő Testvérek! Üdvözetet és apostoli áldást! — Szóval ki nem fejezhetjük, tisztelendő Testvérek, mily édes vigaszt és mily örömet szerzett nekünk kiválóan nagy keserűségünk közepett a ti, s gondotokra bizott hiveitek különös és bámulatos hűsége, kegyelete s hódolata irántunk és ezen apostoli szék iránt, valamint az egyetértés, készség, törekvés és kitartás a szent szék jogainak föntartásában és az igazság ügyének védelmében. Ugyanis alig értesültetek mult évi jun. 18-án hozzátok kibocsátott körlevelünk- és két consistorialis beszédünkből sziveitek mély fájdalmával az iszonyú bajokról, melyek Olaszországban az egyházi s világi ügyeket érték, és alig hallótátok az átkos lázongó mozgalmakat és megtámadásokat Olaszhon törvényes fejedelmei, s a mi s e szent széknek szentesített és törvényes uralma ellen; azonnal siettetek egész buzgósággal, ohajtásunk- és gondoskodásunknak megfelelően, minden késedelem nélkül megyéitekben imádságokat rendelni. Nem csak kegyelet- és szeretetteljes irataitokban hozzánk, hanem pásztori körleveleitek- és más általatok közzétett vallásos és tudós irataitokban is állástok- és nevetekhez méltóan hallattátok főpásztori szavakat, férfiasan védelmeztétek szent vallásunk és az igazság ügyét, határozottan kárhoztatván a római egyház világi fejedelemsége ellen irányzott istentelen megtámadásokat. És mig ti ugyanezen fejedelemséget védelmeztétek, dicsőségnek tartottátok bevallani s hirdetni, hogy az az isteni gondviselés különös végzéséből, mely mindent vezérel és intéz, a római főpásztornak avégre adatott, miszerént ő semmi világi hatalomnak alá nem rendelve, az apostoli hivatal legfőbb tisztét, melyet maga Krisztus urunk isteni rendeletből ruházott reá, az egész világon teljes szabadsággal és minden akadály nélkül teljesithesse. Veletek együtt a nekünk s a kath. egyháznak oly kedves hivek, tanítástoktól áthatva s dicső példátok által indíttatva, legélénkebben versenyeztek és versenyeznek mindegyre irántunkban hasonló érzületet nyilvánítani. Ugyanis az egész kath. világ minden tájáról, csaknem számlálhatlan fölíratot kaptunk minden méltóságú s állású, minden rangú s rendű egyházi- s világiaktól százezrek aláírásával, melyekben fiui ragaszkodásukat és hódolatukat irántunk és szent Péter széke iránt a legfényesebben tanusítják, a lázadást és támadásokat, melyek tartományaink néhányában keletkeztek, galádoknak bélyegzik és azon kívánatukat nyilvánítták, hogy szent Péter öröksége épen és sértetlenül föntartassék, és minden igaztalan megtámadás ellen védelmeztessék; kik közül nem kevesen ezt közzétett tudományos és bölcs irataikban is nyilvánítták. Ezen a ti s hiveitek kitünő nyilatkozatai minden dicséretre s elismerésre méltók lévén, érdemesek, hogy a katolikus egyház évkönyveibe arany betűkkel iras-

sanak be, annyira meghatottak minket, miszerint nem tartóztathatók meg magunkat, hogy örvendő föl ne kiáltunk: „*Áldott legyen Isten, a mi urunk Jézus Krisztus atyja, atyja az irgalmasságnak s teljes megvigasztalásnak Istene, ki megvigasztal minket minden szorongattatásunkban.*“ Mert nem lehetett a legnagyobb szorongattatások közt, melyekkel nyomattatunk, valami örvendesebb, valami kívánatosabb, mint látni, hogy ti, tisztelendő Testvérek, a legegyezőbb és bámulatos buzgóságtól mikép lelkesültök és lángoltok ezen szent széknek jogai védelmezésében; látni, hogy a gondotokra bizott hívek ugyanezen érzületet táplálják. Magatoktól is könnyen beláthatjátok, hogy a mi atyai hajlandóságunk irántatok, és a kath. hívek iránt méltán és teljes joggal napról napra növekszik.

Ámde míg a ti s a hívek bámulatos jószándéka és szeretete irántunk és a szent szék iránt enyhíté fájdalunkat, másfelől, új ok merült föl megszorításunkra. Azért írjuk hozzátok e levelet, hogy ily nagyfontosságú ügyben a mi érzületeink leginkább előttetek ismertek legyenek. A napokban, mint közöletek többen már tudják, egy párisi lapban a „*Moniteur*“-ben a franciák császárnak válasza tétetett közzé azon levelünkre, melyben buzgón kértük ő cs. k. felségét, hogy hatalmas pártfogásával a párisi congressuson a mi s a szent szék világi uralmát épen és sértetlenül föntartani s az elvetemült lázadók ellen megvédeni sziveskedjék. Ezen válasz-iratában a felséges császár megérintvén a nekünk nem rég adott, pápai uralmunk ellen föllázadt tartományainkra vonatkozó tanácsát, javasolja, hogy ama tartományok bíróságáról mondjunk le, minthogy ő azt véli, miszerint csak is ekkép lehet a fönlévő zavarokat orvosolni.

Közöletek, tisztelendő Testvérek, kiki igen jól belátja, hogy kiváló kötelességünk érzetében nem hallgathatánk ily levélnek vétele után. Azért is minden késelem nélkül ugyanazon császárnak visszairni siettünk apostoli szabadságával világosan s nyíltan kijelentettük, hogy mi tanácsát semmi esetben sem fogadhatjuk el, és pedig azért, mivel „*az legyőzhetlen nehézséggel van összekötve, tekintvén a mi s a szent széknek méltóságát, a mi szentelt jellegünket és ugyanazon szék jogait, melyek nem valamely királyi család örökségéhez, hanem az összes katolikusokhoz tartoznak*“, és egyuttal kinyilatkoztattuk: „*miszerint arról lemondanunk, ami nem a mienk, nem lehet, és hogy azt tökéletesen belátjuk, hogy a győzelem, mely a felségsértő Emilia lakosainak megadatik, a többi tartományok hazai s idegen lázútoit fölbátorítaná hasonló tényekre, midőn látnák a lázadók szerencsés sikerét.*“ És a többek közt ugyanazon császárnak tudtára adtuk: „*hogy nem lehet nekünk a nevezett tartományokról Emiliában lemondanunk anélkül, hogy a szent esküt, mely kötelez bennünket, meg nem sértetlenül, anélkül, hogy egyéb tartományainknak sérelmeket és bennök izgatottságot nem szereznenk, anélkül, hogy valamennyi katolikus iránt igazságtalanok nem lennénk, anélkül végre, hogy nem csak az olaszországi fejedelmeinek jogait is meggyöngyöztünk; kik a legveszélyesebb alapelveket közönyösen nem nézhetnék.*“ S nem mulasztottuk el megjegyezni: „*Miszerint ő felsége igen jól tudja, mind emberek által és miféle pénz- és segédeszközökkel szítottak és keletkeztek Bologna- Ravenna- s más városokban a legközelebbi lázadások, míg a népesség tetemesen nagyobb része a mozgalmaktól, melyeket az legkevesebbé sem várt, megdöbbenve követni semmikép sem mutatkozott hajlandónak.*“ S minthogy a felséges császár azon tartományokról lemondásunkat helyén lenni vélte az ismételt lázangó mozgalmak miatt, azt feleltük neki, hogy ily indokolás, minthogy igen sokat bizonyít, érvénytelen: miután hasonló mozgalmak Európában, de másutt is több ízben merültek föl, és mindenki belátja, miszerint ez nem törvényes ok arra, hogy a világi uralmak megcsönkítassanak. El sem is mulasztók ugyan-

azon császárnak tudtára adni, miszerint egészen különbözött ez utóbbi iratától azon, az olasz háború előtt hozzánk intézett levele, mely nekünk vigasztalást és nem bánatot szerzett. Minthogy pedig a nevezett hirlapban közzétett császári levél némely szavai után félünk kelle, hogy érintett tartományaink Emiliában pápai uralmunktól már mint ténylegesen elszakadtaknak tekintethetnének: kértük ő császári felségét az egyház nevében, ő felségének saját java s előnye tekintetéből, ezen félelmünk teljes elosztatásáért. S azon atyai szeretettel, melylyel mindenkinek lelki üdvéről gondoskodnunk kell, emlékezetébe idéztük, hogy egykor mindenkinek számot kell adnia Krisztus urunk ítélőszéke előtt és szigorú ítéletét hallania, és azért kinek-kinek híven törekednie kell inkább Istennek irgalmasságát, mint igazságát kiérdemelni.

Többek közt leginkább ezeket válaszoltuk a franciák hatalmas császárnak, amiket nektek, tisztelendő Testvérek, tudomástokra adni szükségesnek tartottunk, hogy főképen Ti s az egész katolikus világ mindinkább megismerje, miszerint mi Isten segítségével nagyfontosságú méltóságunk minden kötelemét félelem nélkül teljesíteni törekedtünk, és semmit sem hagyunk megkísértetlenül, hogy a vallás és igazság ügyét bátran védjük, s a kath. egyház világi uralmát és földi birtokait és jogait, melyek az egész keresztény világot illetik, épségben és sértetlenül mindenkor megvédjük és föntartsuk, valamint más fejedelmek igazságos ügyéért is gondoskodjunk. És Annak isteni segítségében bizva, ki mondá: „*a világban szorongattatást fogtok szenvedni; de bizzatok bennem, én a világot legyőztem*“ (Ján. 16, 33.), és: „*boldogok, kik üldözést szenvednek az igazságért*“ (Máté 5, 10.), készek vagyunk elődeink dicsőséges nyomdokait követni, példájokat utánozni s minden sanyarúságot és keserűséget elszenvetni, sőt életünket is föláldozni inkább, mint Isten, az egyház és az igazság ügyét elhagyni. Képzeltetek magatoknak, tisztelendő Testvérek, mily keserű fájdalom nyílt át bennünket, midőn látjuk, hogy a leggyalázatosabb háború által legszentebb vallásunk a lelkek fölötte nagy kárára nyugtalaníttatik, és az egyház és e szent szék iszonyatos viharoktól látogatatik meg. És ti könnyen belátjátok, mennyire aggódunk, jól tudván mily nagy a lelkek veszedelme föllázadt tartományainkban, hol kiváltképen a nép közt elterjedt aljas iratok által a jámborság, vallás, hűség és erkölcsösség naponkint megrendítettik. Ámde Ti, tisztelendő Testvérek, kik gondjaink részeseivé lenni hivatva vagytok és hűség-, állhatatosság- és nagylelkűségtől lángoltok a vallás, egyház és a szent szék védelmében, védjétek tovább is ez ügyet bátran és erélyesen, és buzdítsátok gondotokra bizott híveiteket mindinkább, hogy vezetéstek alatt erőfeszítéseik-, törekvéseik- és tanácskozásaikba a kath. egyház és e szent szék világi uralmának és szent Péter örökségének megőrzésében, mely minden katolikusnak érdekében áll, soha bele ne fáradjanak. Leginkább pedig azt ohajtjuk, és ismét ohajtjuk tőletek, tisztelendő Testvérek, hogy velünk egyetemben forró imádságokat a gondotokra bizott híveitekkel együtt küldjétek a mindenható Istenhez, hogy ő a szeleknek és tengernek parancsoljon és segítségével közel legyen hozzánk és egyházához, hogy fölkeljen és ítéletét hallassa, s hogy menyeyi kegyelmével az egyház és ez apostoli szék minden ellenségét megvilágosítani, és üdvösség ösvényére visszavezérelni kegyeskedjék. S hogy Isten a mi, a ti s a hívők kérelmét annál inkább meghallgassa, úgy tisztelendő Testvérek, főkép Istennek szeplőtelen és legszentebb anyja szűz Mária esedezését hívjuk segítségül, ki szeretetteljes anyánk, legbiztosabb reményünk, az egyháznak véde oltalma, kinek közbenjárása Istennél leghathatósabb. Hívjuk szintén segítségül az apostolok Fejedelmét, kit Krisztus urunk anyaszentegyháza talpkövének rendelt, melyen még a pokol kapui sem fog-

nak diadalmaskodni, valamint apostoltársát, szent Pált és minden szenteket, kik mennyekben Krisztussal uralkodnak. Legkevesebbé sem kételkedünk, tisztelendő Testvérek, hogy kitünő lelkismeretességteknél és papi buzgóságtoknál fogva mely oly kiváló, ezen ohajtásunk- és kívánságunknak a legkészségesebben megfelelelendetek. Ezzel adjuk szeretetteljesen, mint irántatok való legfőbb szeretetünk zálogát, szívünk legmélyéből származott és az összes boldogság kívánatával egybefűzött apostoli áldásunkat tinektek, tisztelendő Testvérek, és minden, valamennyiteknek gondjára bizott egyházi s világi híveinknek.

Kelt Rómában Sz.-Péternél, Január 19-én 1860, pápaságunk 14-ik évében.



## Venerabiles Fratres et Filii Dilectissimi:

Nr. 829.

Quantopere Vobis, totique orbi catholico doleat, quod Summus Sacerdos, venerandum Ecclesiae Catholicae Caput, Pius Papa IX. Pater Nostri amaritudinem amarissima non tam afficiatur, quam pene conficiatur, Vobis filique dilectissimi! ex nostris aliorumque publicis scriptis et pagellis usque ad doloris acerbiter notum est. Sed quis etiam sibi a lachrymis temperet, audiendo angustias animi, quibus Pontifex Maximus iam plurium mensium decursu premitur; et novissime ad dimittendas spontaneae Pontificiae ditioes urgenter provocatur? — Immensitatem doloris sui, datis ad totius orbis Antistites sub 19-a mensis Januarii anni curr. litteris, sat superque exprimit, contestando: se id facere nec velle nec posse; — ditioes etenim hae non illius, sed Patrimonium S. Petri sunt, constituuntque proprietatem toto in Orbe christiano dispersorum, ducentenos millones numerantium Catholicae Ecclesiae filiorum, qua ad regendam plena cum libertate, et independentia tantarum animarum multitudinem indiget.

Epistolam hanc Encyclicam Vobis in lingua vernacula hisce sub .| adnectimus, ut parte ex una cognoscatis tenerrimum Beatissimi Patris affectum pro exhibito undique catholici Cleri et populi ob afflictionem suam compassionis sensu; parte ex alia vero ad contestandam factis quoque in Patrem adhaesionem, qui anxius praestolatur: „unde veniat auxilium sibi“ moveamini!

Si quando verificatum est illud: „Vox populi vox Dei“ impletur profecto magnifice his imprimis diebus, dum pro lenimine doloris Summi Antistitis quotidianis pagellis instruimur, quod non solum ad exemplum fidelium Jerosolymitanorum pro Petro, vinculis in carcere constricto, precantium, pro dignissimo Eiusdem Successore Pio IX. oratio fiat sine intermissione ab universa Ecclesia ad Deum, sed admirabili plane aemulatione innumerae Ecclesiarum particularium provinciae, parochiae, piaefraternitates, religiosae congregationes, devoti foeminei sexus consociationes et singillativae personae scripto exaratis super afflictione Capitis sui cordialis compassionis sensibus et turmatim ad aram Altissimi pro Patre, necessitates patiente, depositis subsidiis manifestent, nihil sibi esse antiquius, ac ut patiente uno membro compatiantur et ipsi qua membra, dum autem patitur Ipsum Caput, viribus unitis opere et sermone compassionem suam Urbi et Orbi notam faciant, taliterque in omnem terram exeat gemitus eorum, „et in fines Orbis terrae luctus eorum“!

Fratres et filii Charissimi! quid addam his, quidque loquar?! quando res ipsa periculi plena non tam loquitur, quam clamat, imo clamare non cessat: ut omnium humanorum respectum obliti Patrem nostrum quantillacunque ope salvare properemus. „Si multum tibi fuerit, abundanter tribue, si parum, illud libenter impertiri stude“ dicit Dominus. — Si his boni cordis in Patrem testimoniis de praegrandi malorum cumulo vix aliquid Vos remoturos existimatis, credatis oportet, multum admodum accessu vestro ad compactam efficiendam Catholicorum consensionem collatum et toti mundo exhibitum iri: quod Ecclesia Catholica in Capite et membris eodem firmo iure proprietate temporalium gaudeat, quo quisquis demum se terrena possidere persvasum tenet; esse proinde sacrilegam rapinam, iniquitatem in coelum clamantem, auferre ditioes Romanas ab Eis, qui illas a decem et ultra saeculis, longiori profecto tempore tenent quam quiscunque Europae Potentatum sua possideat. „Vae talia operantibus; — quia vindex erit Dominus de his omnibus“!

Non moror hic in memoriam ea per summos apices revocare, quae Vos in annalibus Patriae Nostrae legisse non dubito; quippe quod nos, qua filii Ecclesiae Christi, eiusdem visibili in terris Capiti vinculo obedientiae et reverentiae obstricti, etiam speciali gratitudine pro temporalibus beneficiis Sedi Apostolicae devincti simus. — Immensa sunt, ut alia taceam Charissimi! — illa subsidia, quibus Romani Pontifices ad christiani nominis hostes, Turcas a cervicibus nostris, a chara patria (quam magna ex parte duobus prope saeculis devastabant, aras evertabant, Dioeceses Sacerdotibus, evacuabant, fideles iugulabant, et florens Regnum in desertum redegerant) repellendos Antenatis nostris ultro et promte per vices subveniebant. — En Clemens VII. 400. millia florenorum et 4. millia militum adhuc ante cladem ad Mo-

hács Regi Ludovico — ex post vero Ferdinando primo centum millia aureorum misit, — huius in Pontificatu successor Paulus III. in bina cohorte 7000. armatorum statuit. Non minus beneficus fuit in pressos hungaros S. Pius V., dum in expensas belli Maximiliano Regi quinquaginta millibus ducatorum succurrit. — Horum in nos multum adflictos largitatem accumulaturus Clemens VII. decem millia armatorum nostris adiunxit. Et quanto non prosequamur grati animi sensu Alexandrum VII. Papam, qui septingentena millia aureorum ad reprimendos Turcas obtulit, — et quantis prae caeteris non celebremus laudibus Innocentium XI., qui duos millones de aureis ad Turcam a Vienna, Jaurino, Strigonio, Buda repellendum Leopoldo 1-mo sacrificavit! Librum oporteret scribere, ut in nos Sedis Apostolicae benevolentiam per omnes ramos et modos enumeremus; — ast sufficiant haec, quia et haec magna sunt, et in compatiante corde non possunt non vehemens relinquere desiderium, ut in tribulatione posito universali omnium Christianorum Patri illa gratiarum contestatio tribuatur, quam beneficiorum perceptorum deponit magnitudo.

Ex omnium horum intuitu factum fuisse concludo, quod complures de Clero et populo ad compassionis affectum erga Patrem, periculis quam maximis expositum, factis contestandum, desiderio desideraverint scriptum condolentiale ad pedes Eius deponere, et numulis quoque, absque omni provocatione oblatis, suspiranti pro opportuno auxilio Patri subvenire. Ut his sponte currentibus — calcar addam, aliosque ad consecrationem exemplo horum moveam, sequentia in Domino constituenda censui:

1-o. Proxima post receptas has currentales litteras Dominica, praemissa conveniente allocutione Encyclica Beatissimi Patris ex Cathedra publicetur — eique continentiae harum Circularium compendiose subiiciantur eo subnexo: a) quod totus Orbis catholicus — cuiusvis Regni incolae — aemula quadam contentione satagant magna necessitate presso Beatissimo Patri pecuniaria oblata offerre, vel adminus contestandae compassionis causa nomina sua chartae inscribere aut inscribi facere — b) quod conveniens sit, ut nos quoque hungari, etsi non simus provocati, sponte et prompte universo populo catholico nos iungamus et pro bona voluntate unum alterumve numum offeramus.

2-o. Oblata fieri poterunt v. a. asservato ut alias quoque fieri assolet, circa aram offertorio, vel in pixidem ad medium Sanctuarii inter duos arduos cereos cum Crucifixo depositam, vel alia accomoda ratione. Ubi autem observaretur populum ad subscribendas Condolentiales primum esse ipsa subscriptio Condolentium et conscriptio utriusque sexus nominum (coram teste scripturae gnaro) fieri poterit in loco, quem Parochus opportunum censuerit.

3-io. Post effluxum unius alteriusve hebdomadae quivis parochus a) oblata pecuniaria penes consignationem — et b) phylas subscriptionum cum sua attestazione ad calcem ponenda VADiacono transponet, qui absque mora penes Elenchum parochiarum cum specificatione collectae summae- et catalogum subscriptorum ad Cancellariam Primatiam promovet, hinc indilate cum brevi Condolentiali epistola via Nunciaturae Apostolicae Romam mittenda. Caeterum ne res haec sinistram progignat explicationem, repetitum declarandum erit: nullum ad haec faciendam obligari, actum esse a sola voluntate cuiusvis individui pendentem, — nec ullam unquam subsequere obligationem.

Super haec vero omnia oremus ferventer et frequenter Charissimi! ut Deus et Dominus noster inimicos S. Ecclesiae humiliare — Summum eiusdem Pontificem de faucibus adversantium eripere — Principibus veram concordiam et populo christiano pacem misericorditer tribuere dignetur. Te rogamus audi Nos! Dabam Strigonii die 6-a Februarii 1860.

Joannilard H. H. H.





# JOANNES

S. R. E. TIT. S. CRUCIS IN HIERUSALEM PRESBYTER CARDINALIS

SCITOVSZKY,

DEI ET APOSTOLICAE SEDIS GRATIA METROPOLITANAE ECCLESIAE STRIGONIENSIS ARCHIEPISCOPUS, SANCTAE SEDIS APOSTOLICAE LEGATUS NATUS, INCLYTI REGNI HUNGARIAE PRINCEPS PRIMAS, SUMMUS ET SECRETARIUS CANCELLARIUS, INSIGNIS ORDINIS S. STEPHANI REGIS APOSTOLICI PRAELATUS ET MAGNAE CRUCIS EQUES, INS. ITEM ORD. LEOPOLDI IMP. MAGNAE CRUCIS EQUES, S. C. ET R. APOSTOLICAE MAJESTATIS ACTUALIS INTIMUS CONSILIARIUS, SACERDOS JUBILARIS, AA. LL. ET PHIL. NEC NON SS. THEOL. DOCTOR, ETC. ETC.

Nr. 314.

De S. Quadragesima.

Deus in mundi huius gubernatione admirabilis, eundem in perpetua quadam conservat vicissitudine; ita fit, ut dies unus alteri per omnia nunquam sit similis. Idem quoque in homine videre licet; modo namque spe sustollitur, modo timore deiicitur; modo per consolationem in dexteram, modo per afflictionem in sinistram vergit. Demus ergo operam, hortatur piissimus Genevensium Antistes S. Franciscus Salesius, ut continuam et inviolabilem quamdam in tanta accidentium et casuum inaequalitate aequabilitatem cordis habeamus; esto omnia diversimode circa nos vertantur et volvantur, nos nihilominus constanter immobiles maneamus in Deo, semper intuendo et ad Eum tendendo.

Regula haec semper aurea et unica salutis anchora fuit; nostris tamen diebus eo velocius adprehendenda est, quo frequentius subitae rerum mutationes et repentinae recti ordinis convulsiones oculis nostris obiciuntur. Vis vaporum, mira celeritate onera propellens, ad mundum quoque spiritualem transmigrasse videtur; nec infrequens est, ut dum malis medelam, bonis firmitatem quaerimus, opera tenebrarum ceu consummata nobis sistantur. Filii huius saeculi non tantum prudentiores, sed etiam velociores filiis lucis in generatione sua sunt.

En! haud pridem evenit, quod in medio tumultuum bellicorum, humano sanguine torrentis instar adhuc manante, laetissimus de pace clamor auribus nostris insonuerit; vicissim quando de pace laetabamur, et vastatoris Angeli ense ad longius tempus positum credidimus, nova surrexit tempestas, quae nisi Verbo, per quod facta sunt omnia sedari posse videtur. Dies diei eructat verbum, quod sacrata foedera rumpantur, iuris et iustitiae ima fundamenta subruantur, sublimiores potestates despiciantur, sanctissimae fidei veritates et augustissima Religionis mysteria proscindantur, morum honestas et salutaris continentia variis et exquisitis artibus risui exponantur; verbo, quaecunque societati humanae salutaria, singulis autem necessaria et chara sunt, quotidie novo discrimini obiciantur. Quod autem quemlibet cordatorum virorum sollicitudine replet illud est, quod mendaces chartae et pagellae veritatem studiose occultent, saepissime in contrarium detorqueant, sicque incautis fucum faciant, sed et cautos in devia deducant.

Fratres et Filii Charissimi! dolor, quo cor nostrum vehementer afficitur, cogit nos ad specifica quoque descendere, quia neminem Vestrum esse arbitror, qui pari animi moerore non premeretur, dum e tenore pagellarum publicarum videt acheronta moveri, ut Beatissimo Patri ipsique Sedi Apostolicae eripiantur ditiones, Patrimonium S. Petri dictae, quae a duodecim incirca saeculis in possessorio Summi Ecclesiae Pontificis existunt, et communi populorum suffragio, gentiumque consensu pro eiusdem proprietate ea ex gravissima causa reputantur, ut Pontifex qua non unius nationis sed omnium populorum Doctor, Pater ac Rector, suis liberrime praesit, nec proinde ullius terreni Principis imperio subesse cogatur. Ut adeo gravissimam toti Ecclesiae Catholicae, eiusque ducentenos milliones numerantibus filiis iniuriam inferret, qui tantorum iura in suo sanctissimo Capite violare attentaret. — Tela quidem iniquitatis istius alias iam, imo nostris quoque diebus in Patrimonium hoc sacrum iaciebantur, dum Pius hoc nomine septimus omnibus exutus, in exteris violenter rapiebatur oras; evenit hoc unius terreni Principis iniquissimo facto, aliis potentatibus iura Sedis Apostolicae tuentibus; sed nunc Deus meus! multiplicati sunt super capillos capitis, qui oderunt iustitiam et sacrilegam rapinam moliuntur. Solus et unicus prope augustissimus Caesar noster est, qui catholico spiritu, quo gaudet, animatus, communi Christianorum

Patri suppetias ferre, pericula ab Eo repellere promptum paratumque semet exhibet, quia perbene novit, quod si Papae eripere licet, quae iure possidet, nullius Principis thronus securus erit. Caeterum etiamsi ultro libenter confiteamur: Nihil sub sole esse perfectum, adeoque in Statibus quoque Pontificiis naevos dum et quando reperiri, omnis attamen illarum partium notitiam habens recognoscat, est necesse: ibidem artes et scientias florere, instituta bono communi promovendo sacrata, imprimis charitativa continuo multiplicari, vias publicas optime constructas, onera publica moderata haberi, verbo nihil eorum desiderari, quae ad vitam commode ducendam et salutem temporalem non minus ac aeternam assequendam requiruntur. — Non possumus itaque non horrore percelli, non moerore consumi, dum rebus sic stantibus, videamus „fremere gentes, convenire Principes terrae in unum adversus Dominum et adversus Christum eius,“!

Quid ergo facto opus, quaeritis Charissimi! imprimis Nobis, qui foris pugnas, intus timores experimur? Nos Dilectissimi! qui plus una vice iam vidimus impium, superexaltatum et elevatum sicut cedros Libani, qui transivimus, et ecce non erat, quaesivimus eum et non est inventus locus eius, Nos inquam in hac rerum vicissitudine pacem tranquillitatemque animi non nisi in Illo quaerere possumus, imo debemus, cui cura est de nobis, qui dat escam esurientibus, dat vitam, vires, inspirationem et omnia. — Post Deum, speremus meliora ab iis potestatibus proventura, qui vice Omnipotentis in spiritualibus et temporalibus nobis praesunt; non enim est potestas nisi a Deo; — alleviemus sollicitudinem eorum nostra obsequiositate, et reddetur iugum illorum svave et onus leve.

Attamen in protectione Dei coeli tunc tantum commorabimur, si fidem illibatam servaverimus, et mandata fideliter custodierimus. Quia vero in multis offendimus omnes, non alia, quam sincerae conversionis patet nobis via ad consequendam misericordiam et inveniendum tempore opportuno auxilium. Frustra Fratres et Filii Charissimi! calamitatum et adversitatum causas seu in temporum iniquitatem, sive in hominum improbitatem coniiicimus; sub provido Deo, nemo miser, nisi sua culpa mereatur, esse potest. Recessit cor nostrum a Deo: fodimus cisternas, cisternas dissipatas, quae non valent continere aquas; animo contrito et in melius mutato revertamur ad Deum, et illius etiam antiquae benedictiones revertentur ad nos.

Si ergo vitam nostram generatim continuam quasi poenitentiam oportet esse, talibus operibus nunc praecipue nos intentos esse convenit, quando et metus adversitatum et imminentis Sacrae Quadragesimae tempus, poenitentiam quodammodo clamant.

Quod igitur ante omnia a Vobis exigo, imo ad quod paterne hortor, est, ut praedicationi verbi Dei ferventius instate, annunciate omne consilium Dei fidelibus Vestris, signanter autem, quod per virgam et verbera intendit, ut mimirum intellectum nostrum in obsequium Christi, et rebellem voluntatem ad obedientiam Evangelii compellat. Annunciate, ut potestati sublimiori subiecti sint, alioquin inobedientia et dissolutio ordinis non aliis tantum concivibus, sed ipsis etiam rebellantibus serius ocyus gravissimas aerumnas consciscit. Annunciate, ut pacem et charitatem cum omnibus foveant, quae praecipuum christiani nominis ornamentum, simul firmissimum salutis publicae fundamentum constituit. Deinde autem divinatorum mysteriorum, quae hoc tempore sacro celebrabuntur vim et efficaciam Vestra devotione, sensibili pietate et morum sanctimonia augere studeatis. Si ergo alias, quod pro nostra consolatione servavit sacrum recessum et publicam Sacramentorum susceptionem in aliqua Districtus Vestri Ecclesia pie frequentastis, id eo fidentius modo a Vobis expecto, quo peiores sunt dies, quas decurrimus; orate autem ferventer et constanter, ut Dominus dives in omnes dissipet consilia impiorum — protegat Beatissimum Patrem nostrum, ne tumentium fluctuum tempestatibus obruatur, sed fortitudine dexteræ Excelsi incolumis conservetur. Ast sine intermissione fundite quoque preces, ut Pater misericordiarum effundat miserationes suas in Augustissimum Dominum nostrum et omnes Reges et Principes terrae, quo nationibus pacem, sibi tranquillitatem adquirant. — Caeterum in observanda quadragesimalis ieiunii disciplina nunc quoque eadem constituo, quae aliis annis, signanter festo S. Agnetis V. M. anno 1854. Nr. 450. observanda praescripsi.

Utinam Pater misericordiarum et Deus totius consolationis ita contritum et humiliatum cor det nobis, ut misericordiae recordetur et avertat indignationem suam a Nobis. Pax Domini nostri Jesu Christi sit cum omnibus Vobis. Amen. Dabam Strigonii festo S. Agnetis V. M. anno 1860., Episcopatus nostri anno trigesimo secundo, Archi-Episcopatus undecimo, Presbyterii vero quinquagesimo primo.

Joannuelard H. Episcopus



25

## Venerabili Clero Archi-Dioecesis Nostrae Strigoniensis Salutem in Domino et paternam Benedictionem!

Quod summis in votis habui, quod Vobis quoque Fratres et Filii charissimi die 19-ta Julii 1858. Nr. 2964. impensissime commendavi, Deo, qui bonus est sperantibus in Eum, benedicente, ad optatum effectum perductum esse, pensionale quippe Institutum pro Docentibus et Cantoribus Archi-Dioecesis meae Strigoniensis cum summo animi gaudio annuncio Vobis. Nimirum usque hodiernum diem jam 17. et quod excedit millium flrum val. austr. Capitale conflatum est, quod certe spectata temporum iniquitate ceu tale considerari potest, quod et ipsorum Docentum bonam voluntatem et eorum, qui pro allevianda ipsorum sorte symbola sua concurrerunt, generosam charitatem aperte loquitur.

Ego, pro meo negotium institutionis promovendi studio, fundo huic pensionali addixi 5000. flnos in chartis urbarialibus, quae cum elapsa 1-a curr. mensis jam censum fuderunt.

Pari studio fovet Venerabile quoque Metropolitanum Capitulum hocce Institutum, et ideo Capitale 1000. fl. v. a. obtulit.

Clerus Curatus Archi-Dioecesis huus hucadusque ad bonum Instituti 290. flnos val. aust. contulit.

Ut igitur datam fidem exsolvam, pro anno proxime venturo 1861. pensum ex hoc fundo assignare incipiam.

Vestrum igitur erit Fratres et Filii charissimi! recursus eorum, qui tenore regularum hujus Instituti, signanter §§. 16-iet sequentium, participandi ex hoc fundo jus nacti sunt, in futura Congregatione vernali recipere et sensu §. 22. cum necessariis reflexionibus Officio dioecetano subternere, quo sic ad vires fundi jam pro primo venturi anni semestri pensiones assignari possint.

Constitui autem apud me, ut census annuus Capitalis jam modo conflati ex toto in distributiones convertatur; annuam autem oblationum hic pro nunc dimidia pars in augmentum Capitalium, alteram autem dimidium in pensiones erogetur. Sic me obtenturum confido, ut egentibus quidem non contemnenda summa distribuatur, ex altera autem parte Capitale continuo augeatur, donec illam quantitatem attigerit, ut sufficientem pro tegendis respectuorum indigentibus censum fundat.

Ipsa Consolatrix afflictorum suo precantissimo Patrocinio Institutum hocce fovere et contra omnes adversos casus tueri digetur. Strigonii Festo Patrocinii B. M. V. die 11. Novembris 1860.

Sensu Rescripti regiae Locumtenentiae hungaricae ddo 30-ae Octobris anni curr. Nr. 31269. in sequelam initae mutae conventionis inter Gubernia caesarem Austriae et regium Bavaricum, super casibus seu nativitate seu morte subditorum Bavaricorum, intra ambitum Imperii Austriaci intervenientibus, concernentes Curati mox testimoniales literas, a tymbro imunes, ex officio expediendas et ad respectivam idmodi Bavaricorum subditorum priam Jurisdictionem transmittendas habent. Transmissio haec opportunissime fiet in Ordinariatus Strigoniensis. Strigonii die 9-a Novembris 1860.

benevolus

*Joannuelard H. Strigoniensis*

**Nr. 4344.**

Ludirectorum  
fundus pensiona-  
lis aperitur.

**Nr. 4330.**

Bavaricorum sub-  
ditorum super  
obitu testi-  
moniales extro-  
dentur.

26

# Venerabili Clero Archi-Dioecesis Nostrae Strigoniensis Salutem in Domino et paternam Benedictionem!

Quod summis in votis habui, quod Vobis quoque Fratres et Filii charissimi die 19-ta Julii 1858. Nr. 2964. impensissime commendavi, Deo, qui bonus est sperantibus in Eum, benedicente, ad optatum effectum perductum esse, pensionale quippe Institutum pro Docentibus et Cantoribus Archi-Dioecesis meae Strigoniensis cum summo animi gaudio annuncio Vobis. Nimirum usque hodiernum diem jam 17. et quod excedit millium flum val. austr. Capitale conflatum est, quod certe spectata temporum iniquitate ceu tale considerari potest, quod et ipsorum Docentum bonam voluntatem et eorum, qui pro allevianda ipsorum sorte symbola sua concurrerunt, generosam charitatem aperte laetatur.

Nr. 4344.

Ludirectorum  
fundus pensiona-  
lis aperitur.

Ego, pro meo negotium institutionis promovendi studio, fundo huic pensionali addixi 5000. flnos in chartis urbarialibus quae cum elapsa 1-a curr. mensis jam censum fuderunt.

Pari studio fovet Venerabile quoque Metropolitanum Capitulum hocce Institutum, et ideo Capitale 1000. fl. v. a. obulit.

Clerus Curatus Archi-Dioecesis huius hucadusque ad bonum Instituti 290. flnos val. aust. contulit.

Ut igitur datam fidem exsolvam, pro anno proxime venturo 1861. pensum ex hoc fundo assignare incipiam.

Vestrum igitur erit Fratres et Filii charissimi! recursus eorum, qui tenore regularum hujus Instituti, signanter §§. 16-1 et sequentium, participandi ex hoc fundo jus nacti sunt, in futura Congregatione vernali recipere et sensu §. 22. cum necessariis reflexionibus Officio dioecetano subsernere, quo sic ad vires fundi jam pro primo venturi anni semestri pensiones assignari possint.

Constitui autem apud me, ut censis annuus Capitalis jam modo conflati ex toto in distributiones convertatur; annuarum autem oblationum hic pro nunc dimidia pars in augmentum Capitalium, alterum autem dimidium in pensiones erogetur. Sic me obtenturum confido, ut egentibusquidem non contemnenda summa distribuatur, ex altera autem parte Capitale continuo augeatur, donec illam quantitatem attigerit, ut sufficientem pro tegendis respectuorum indigentibus censum fundat.

Ipsa Consolatrix afflictorum suo pontissimo Patrocinio Institutum hocce fovere et contra omnes adversos casus tueri dignetur. Strigonii Festo Patrocinii B. M. V. die 11. Novembris 1860.

Nr. 4330.

Bavaricorum sub-  
ditorum super  
obitu testi-  
moniales extro-  
dentur.

Sensu Rescripti regiae Locumtenentiae hungaricae ddto 30-ae Octobris anni curr. Nr. 31269. in sequelam initae mutuae conventionis inter Gubernia caesareum Austriae et regium Bavaricum, super asibus seu nativitate seu mortis subditorum Bavaricorum, intra ambitum Imperii Austriaci intervenientibus, concernentes Curati mox testimoniales literas, a tymbro imunes, ex officio expediendas et ad respectivam idmodi Bavaricorum subditorum partem Jurisdictionem transmittendas habent. Transmissio haec opportunissime fiet in Ordinariatus Strigoniensis. Strigonii die 9-a Novembris 1860.

benevolus

*Jannuelard H. E. Strig.*

27

# Venerabili Clero Archi-Dioecesis Nostrae Strigoniensis Salutem in Domino et paternam Benedictionem!

**Nr. 429.**

**B**asilius Nagy, ex Nagy-Peleske, Com. Szatmarinensi, graeco-catholicus, uxoratus, tribus prolibus onustus, postremo Docens et Cantor gr. cath. in Nagy-Szóllós, ob crimen laesae Maiestatis sex mensium gravi carceri mancipatus et in huius sequelam abs c. r. sectione Locumtenentialis Consilii Cassoviensis ad elargiendam publice ac privatim institutionem inhabilis declaratus est. Id quod nexu Resolutionis ministerialis ddo 29-ae Decembris a. praet. Nr. 19847, emanatae, mihique ope Rescripti c. r. sectionis Locumtenentialis Psoniensis sub 15-a curr. Nr. 526. ad notitiam perlatae, fine eo Vobis communico, ut dictum Individuum hac quoque in Dioecesi ab omni Docentis adplicatione arceatur, ideoque cognomen eiusdem, cum provocatione ad hos ordines, protocollo scholari evidientiae causa inferatur. Strigonii die 26-a Januarii 1860.

Quipiam a docendo arceatur.

**Nr. 444.**

In bibliopolo Friderici Tempsky Praegae liber methodicus sub titulo „Der Sprach- und Sachterricht in den Mittelklassen der Volksschule“ auctore Francisco Hermann, cum exigua mappa Palaestinae editus, erga 1. flnum val. austr. venum prostat. Continet liber hic manuductionem ad librum antehac iam praescriptum, cui titulus „Das zweite Sprach- und Lesebuch für katholische Haupt- und Stadtschulen im Kaiserthum Österreich“ congrue adhibendum; quare Docentibus scholarum capitalium, nec non civicarum labii germanici, pro quibus nunc dictus liber praescriptus est, supramemoratum quoque manuale, vi Resolutionis ministerialis sub 15-a Decembris a. pr. N. 17002, editae et Rescripto Locumtenentialis Consilii Psoniensis ddo 7-ae curr. Nr. 30946. significatae impense commendandum disponitur cum eo, ut alius quoque labii in scholis his Docentes ad illud attentis reddantur. Strigonii die 28-a Januarii 1860.

Liber methodicus pro scholis commendatur.

**Nr. 568.**

Docente una Cantore in oppido S. Thomae, Parochiae Strigoniensis ad S. Ignatium Filiali, aliorum translato, labii hungarico-germanici haec statio in vacantiam recidit, pro qua Concursus in 8-am Martii a. curr. praesentibus defigitur. Proventus cum statione hac coniuncti consistunt in florenis 42. val. austr. a Communitate titulo salarii et pro institutione dominicali praestati solitis; incirca 80. flnis pro aliquot cubilibus in domo scholari elocatis; 163. flnis. 38. xris e foundationibus pro Docente hoc factis, signanter: Eppi condam Suffrag. Martini Miskolezy, Jacobi Rosenbach Ex-Trinitarii, Canonici Joannis Becker et mea; denique in flnis incirca 20. titulo didactri pro prolibus pauperibus dependi soliti. Pro scholae calefactione Communitas 2 orgias ligni suppeditat. Hospitium duobus cubilibus, culina, camera, reclinatorio et cellario absolvitur. Recursus debite instructi Metropolitanano meo Capitulo Strigoniensi inscribantur et VADiacono Strigoniensi Martino Miskolezy ad praedicatum Concursus terminum exhibeantur. Id quod Docentibus subdocentibusque Vestris congrue notificetis. Strigonii die 3-a Februarii 1860.

Concursus pro statione Docentis in S. Thoma.

**Nr. 596.**

Concursus pro vacante Docentis in schola capitali Modrensi statione abs c. r. sectione Locumtenentiali Psoniensis ope Rescripti sub 22-a Januarii a. curr. Nr. 1237/221 horum directi et heri primum exhibiti, in 20-am curr. defixus, verum ob termini brevitatem in 28-am eiusdem isthic dilatus, hisce Vobis ad notitiam cum eo perfertur, quod recursus pro statione hac, 330. flnos val. austr. annue importante, dictae sectioni Locumtenentiali inscribendi, testimoniis super aetate, statu, linguarum germanicae et slavicae cognitione, habilitate item et servitiis in munere docendi praestitis instrui et scholarum Inspectori Districtus Baziniensis, Canonico hon. VADiacono Stephano Ssuchányi, Parocho Modrensi, via localium Parochorum transponendi sint. Strigonii die 3-a Februarii 1860.

Docentis in schola capit. Modrensi statio vacat.

**Nr. 680.**

Andreas Lázár, origine Duboczensis (Comit. Sáros.) aetatis annorum 44. uxoratus, postremo Docens in Roskovány, loco intra ambitum c. r. sectionis Locumtenentialis Cassoviensis sito, teste Rescripto c. r. sectionis Locumtenentialis Psonien-

Quipiam ad docendum inhabilis.

sis sub 26-a Jan. a. curr. Nr. 1823. horsum directo, ob deceptionis crimen carcere sexhebdomadali mulctatus, ideoque ad docendam privatim et publice iuventutem inhabilis declaratus est. Id quod, fine arcendi a munere institutionis hac quoque in Dioecesi dicti exerrantis, in libro scholari adnotandum hisce disponitur. Strigoni die 7-a Februarii 1860.

**Nr. 682.**

Consignatio libr.  
pro pauper. schol.  
adurgetur.

Tabellarem librorum pro pauperibus scholaribus requisitorum consignationem, mense Januario de praescripto exhibendam, atque a parte plurium Districtuum VADiaconalium adusque haud praesentatam, quo ocyus horsum transponendam praesentibus inculco. Strigoni die 7-a Februarii 1860.

**Nr. 689.**

P. P. Franciscani  
Pestin. Collectam  
instituentes Clero  
commendantur.

A parte c. r. Ministerii Cultus cointelligenter cum c. r. Ministerio internorum negotiorum, Pestinensi P. P. Franciscanorum Conventui concessa est facultas in tota Monarchia austriaca Collectam instituendi, ad conflandos 15,000. flnor. v. a. sumtus, qui pro perficienda tecti et turris Ecclesiae eiusdem Conventus restauratione necessarii sunt. Nota mihi Vestra fideliumque Vestrorum promptitudo, qua extraneis ad diversos pios fines Collectas instituentibus charitativas symbolas tribuere consuevistis, sperare me sinit, Vos, fidelesque Vestros pari promptitudine etiam exmittendis ab antedicto patrio Conventu collectoribus idmodi charitativas symbolas tributuros esse. Strigoni die 8-a Februarii 1860.

benevolus

*Joannuelard Hystm*

28

## Venerabili Clero Archi-Dioecesis Nostrae Strigoniensis Salutem in Domino et paternam Benedictionem!

**B**asilius Nagy, ex Nagy-Peleske, Com. Szatmarinensi, graeco-catholicus, uxoratus, tribus prolibus onustus, postremo Docens et Cantor gr. cath. in Nagy-Szóllós, ob crimen laesae Maiestatis sex mensium gravi carceri mancipatus et in huius sequelam abs c. r. sectione Locumtenentialis Consilii Cassoviensis ad elargiendam publice ac privatim institutionem inhabilis declaratus est. Id quod nexu Resolutionis ministerialis ddto 29-ae Decembris a. praet. Nr. 19847. emanatae, mihique ope Rescripti c. r. sectionis Locumtenentialis Psoniensis sub 15-a curr. Nr. 526. ad notitiam perlatae, fine eo Vobis communico, ut dictum Individuum hac quoque in Dioecesi ab omni Docentis adplicatione arceatur, ideoque cognomen eiusdem, cum provocatione ad hos ordines, protocollo scholari evidentiae causa inferatur. Strigonii die 26-a Januarii 1860.

**Nr. 429.**  
Quipiam a docendo arceatur.

In bibliopolio Friderici Tempsky Pragae liber methodicus sub titulo „Der Sprach- und Sachterricht in den Mittelklassen der Volksschule“ auctore Francisco Hermann, cum exigua mappa Palaestinae editus, erga 1. flnum val. austr. venum prostat. Continet liber hic manuactionem ad librum antehac iam praescriptum, cui titulus „Das zweite Sprach- und Lesebuch für katholische Haupt- und Stadtschulen im Kaiserthum Österreich“ congrue adhibendum; quare Docentibus scholarum capitalium, nec non civicarum labii germanici, pro quibus nunc dictus liber praescriptus est, supramemoratam quoque manuale, vi Resolutionis ministerialis sub 15-a Decembris a. pr. N. 17002. editae et Rescripto Locumtenentialis Consilii Psoniensis ddto 7-ae curr. Nr. 30946. significatae impense commendandum disponitur cum eo, ut alius quoque labii in scholis his Docentes ad illud attentis reddantur. Strigonii die 28-a Januarii 1860.

**Nr. 444.**  
Liber methodicus pro scholis commendatur.

Docente una Cantore in oppido S. Thomae, Parochiae Strigoniensis ad S. Ignatium Filiali, aliorum translato, labii hungarico-germanici haec statio in vacantiam recidit, pro qua Concursus in 8-am Martii a. curr. praesentibus defigitur. Proventus cum statione hac coniuncti consistunt in florenis 42. val. austr. a Communitate titulo salarii et pro institutione dominicali praestati solitis; incirca 80. flnis pro aliquot cubilibus in domo scholari elocatis; 163. flnis. 38. xris e foundationibus pro Docente hoc factis, signanter: Eppi condam Suffrag. Martini Miskolezy, Jacobi Rosenbach Ex-Trinitarii, Canonici Joannis Becker et mea; denique in flnis incirca 20. titulo didactri pro prolibus pauperibus dependi soliti. Pro scholae calefactione Communitas 2 orgias ligni suppeditat. Hospitium duobus cubilibus, culina, camera, reclinatorio et cellario absolvitur. Recursus debite instructi Metropolitano meo Capitulo Strigoniensi inscribantur et VADiacono Strigoniensi Martino Miskolezy ad praedicatum Concursus terminum exhibeantur. Id quod Docentibus subdocentibusque Vestris congrue notificetis. Strigonii die 3-a Februarii 1860.

**Nr. 568.**  
Concursus pro statione Docentis in S. Thomae.

Concursus pro vacante Docentis in schola capitali Modrensi statione abs c. r. sectione Locumtenentiali Psoniensis ope Rescripti sub 22-a Januarii a. curr. Nr. 1237/221. horum directi et heri primum exhibiti, in 20-am curr. defixus, verum ob termini brevitatem in 28-am eiusdem isthic dilatatus, hisce Vobis ad notitiam cum eo perfertur, quod recursus pro statione hac, 330. flnos val. austr. annue importante, dictae sectioni Locumtenentiali inscribendi, testimoniis super aetate, statu, linguarum germanicae et slavicae cognitione, habilitate item et servitiis in munere docendi praestitis instrui et scholarum Inspectori Districtus Baziniensis, Canonico hon. VADiacono Stephano Szuchányi, Parocho Modrensi, via localium Parochorum transponendi sint. Strigonii die 3-a Februarii 1860.

**Nr. 596.**  
Docentis in schola capit. Modrensi statio vacat.

Andreas Lázár, origine Duboczensis (Comit. Sáros.) aetatis annorum 44. uxoratus, postremo Docens in Roskovány, loco intra ambitum c. r. sectionis Locumtenentialis Cassoviensis sito, teste Rescripto c. r. sectionis Locumtenentialis Psonien-

**Nr. 680.**  
Quipiam ad docendum inhabilis.

sis sub 26-a Jan. a. curr. Nr. 1823. horsum directo, ob deceptionis crimen carcere sexhebdomadali mulctatus, ideoque ad docendam privatim et publice iuventutem inhabilis declaratus est. Id quod, fine arcendi a munere institutionis hac quoque in Dioecesi dicti exerrantis, in libro scholari adnotandum hisce disponitur. Strigonii

**Nr. 682.** die 7-a Februarii 1860.

Consignatio libr.  
pro pauper. schol.  
adurgetur.

Tabellarem librorum pro pauperibus scholaribus requisitorum consignationem, mense Januario de praescripto exhibendam, atque a parte plurium Districtuum VADiaconalium adusque haud praesentatam, quo ocyus horsum transponendam praesentibus inculco. Strigonii die 7-a Februarii 1860.

**Nr. 689.**

P. P. Franciscani  
Pestini. Collectam  
instituentes Clero  
commendantur.

A parte c. r. Ministerii Cultus cointelligenter cum c. r. Ministerio internorum negotiorum, Pestinensi P. P. Franciscanorum Conventui concessa est facultas in tota Monarchia austriaca Collectam instituendi, ad conflandos 15,000. flnor. v. a. sumtus, qui pro perficienda tecti et turris Ecclesiae eiusdem Conventus restauratione necessarii sunt. Nota mihi Vestra fideliumque Vestrorum promptitudo, qua extraneis ad diversos pios fines Collectas instituentibus charitativas symbolas tribuere consuevistis, sperare me sinit, Vos, fidelesque Vestros pari promptitudine etiam exmittendis ab antedicto patrio Conventu collectoribus idmodi charitativas symbolas tributuros esse. Strigonii die 8-a Februarii 1860.

benevolus

*Joannuelard Hystm*





## Venerabili Clero Archi-Dioecesis Nostrae Strigoniensis Salutem in Domino et paternam Benedictionem!

Nr. 37.

In sensu Rescripti Regiae Locumtenentiae Hungaricae ddto 26-ae Decembris anni praeteriti Nr. 44775. emanati, Excelsa Hungarico-Aulica Cancellaria ex occasione certi specialis casus Clero in memoriam revocari desiderat Intimatum ddto 10-ae Decembris 1788. Nr. <sup>5294</sup>/<sub>47067</sub>, tenore cuius omnes idividuorum ecclesiasticorum tam secularium quam regularium ad altiores Instantias recursus non alia quam dioecesana, vel respectivi Superioris via promovendi veniunt. Strigonii die 4-a Januarii 1861.

Instantiarum ordo  
republicatur.

Nr. 112.

Pro Complenda hacce pure hungarica Docentis una cantoris statione Concur-  
sus in 19-am Februarii anni curr. praesentibus defigitur.

Docentis in Sz.  
Mihályfa sta-  
tio vacat.

Emolumenta eiusdem sunt; fructus 7 iugerorum in pratis et trium iugerorum in agris, quos Docens cultivare tenetur; 35 metr. pos. tritici mixti, nec non 62. fni 64 xri titulo lecticalis praestationis ab hospitibus; ab institutione prolium incirca 56 fni et 200 libones panis; ex stola et Missae sacrificiis circiter 120 fni 29 xri; ex offertoriis et extraordinariis devotionibus 6 fni 80 xri. Habitaculum duobus cubilibus, culina, camera, stabulo et reclinatorio absolvitur, parvo item cubili pro subdocente, si talis adsit.

Recursus requisitis testimoniis instructi VADiacono et Parocho Dunaszerdahelyensi Joanni Szakváry inscribantur et ad praeindicatum terminum exhibeantur. Id quod Docentibus subdocentibusque Vestris congrue notificetis. Strigonii die 10-a Januarii 1861.

Nr. 220.

Inviatio in Ma-  
trimonialibus.

Ex officiosis relationibus mihi per complures praestitis intellecto eo: quod novi Comitatum, semet universim in basi legum 1848. coordinantium Magistratua-  
ales, editas sub priori Regimine in re matrimoniali ordinationes non tantum man-  
tenere prorsus recusent, sed et Partibus ad eos recurrentibus, quod per Parochos  
suos irreflexe ad dictas civiles ordinationes matrimonio iungi possint palam declarent:  
ne exponamini periculo, non tantum cum Magistratualibus, sed et cum ipsis adeo  
Vestris fidelibus ad collisiones cum gravi curae pastoralis detrimento, Status autem  
publici nullo emolumento deveniendi: eo Vos praesentibus invio, ut ab urgendis fide-  
libus Vestris quatenus semet civilibus dispensationibus, consensibus, indultibusque  
sub antefato priori Regimine inductis providere teneantur, usque ulteriores ordines  
supersedeatis. Strigonii die 15-a Januarii 1861.

Nr. 127.

Bucsegh Ca-  
nonicus obiit.

In Festo Epiphaniae Domini pie decedentis Joannis Nep. Bucsegh, E. M. S. Canonici, Abbatis S. Seraphini de Lekér in Scepusio, Archi-Diaconi Neogradensis, in annum tertium Jubilaris Sacerdotis animam piis omnium Vestrum suffragiis devoveo. Strigonii die 11-a Januarii 1861.

benevolus

Joannuelard H. Episcopus

# JOANNES

30

S. R. E. TIT. S. CRUCIS IN HIERUSALEM PRESBYTER CARDINALIS

Nro 2.  
1861.

## SCITOVSZKY,

DEI ET APOSTOLICAE SEDIS GRATIA METROPOLITANAE ECCLESIAE STRIGONIENSIS ARCHIEPISCOPUS, SANCTAE SEDIS APOSTOLICAE LEGATUS NATUS, INCLYTI REGNI HUNGARIAE PRINCEPS PRIMAS, SUMMUS ET SECRETARIUS CANCELLARIUS, PENES EXCELSUM R. LOC. CONSILIUM HUNG. CONSILIARIUS, INSIGNIS ORDINIS S. STEPHANI REGIS APOSTOLICI PRAELATUS, EJUSDEM, INS. ITEM ORD. LEOPOLDI IMP. MAGNAE CRUCIS EQUES, S. C. ET R. APOSTOLICAE MAJESTATIS ACTUALIS INTIMUS CONSILIARIUS, INCL. COMIT. STRIGON. PERPETUUS ET SUPREMUS COMES, EXCELSAE TABULAE SEPTEMVIRALIS CO-JUDEX, SACERDOS JUBILARIS, AA. LL. ET PHIL., NEC NON SS. THEOL. DOCTOR, ETC. ETC.

### In Christo Charissimi!

Nr. 348.

De S. Quadragesima.

Adpropinguant dies redemptionis nostrae mysteriis inclyti, inde ab Apostolicis temporibus fidelium Ecclesiae Christi observantia ad id consecrati, „ut in iis dicente S. Leone Papa, aliorum anni temporum culpas et pia opera, imprimis eleemosyna, redimerent et jejunia casta decoquerent. — Ecclesia Catholica Divini Salvatoris secuta exemplum, observantiam Quadragesimalis jejunii, veteris Testamenti paginis, ac Apostolorum exemplis commendatam, in leges retulit et observantiam praescripsit saluberrimo illo fine, ut fideles praeunte nostro ad majorem perfectionem vocatorum exemplo, dotata per abstinentiam exaestuans carnis nequitia, ad jugem Dominicae passionis memoriam, proprii corporis mortificatione excitentur, conditionisque humanae dignitas per protoparentum nostrorum intemperantiam sauciata, medicinalis huius parsimoniae studio reformetur“. Sunt verba praecitati S. Patris.

Est itaque Sacra Quadragesima tempus acceptabile, sunt dies salutis, stricte dies orationis jejunio glorificati; ut immutetur habitus peccaminosae vitae nostrae in cinere et cilicio, jejunemus et ploremus Charissimi! ante Dominum, quia benignus et misericors est, ut gratia sua visitet nos in die tribulationis nostrae quam maximae! Ut levemus oculos nostros in montes Dei, unde veniat auxilium nobis, mole adversitatum pressis, ut veniat auxilium Potentatibus saeculi ad comprimendos pacis publicae inimicos, veniat auxilium Ecclesiae Dei, quae constanter in Capite et membris gravem et continuam sustinet persecutionem. Sunt verba Statuti 30. in Synodo Nostra Dioecesana ante tres menses perlati, brevi ad Vos in toto statutorum complexu perferendi.

Jejunabimus ergo, fiducialiter spero in Domino, quod dies 76. anni vitae meae ad occasum properantis, Sacrae abstinentiae continuata observantia, sit multum refocillatura! Sequamini insufficientiam meam Charissimi! et Dominus, qui dat abundanter patientibus se, confortabit misericorditer debilitates nostras, perducetque incolumes ad paschalia gaudia!

Caeterum dispositiones anni prioris ddo 21-ae Januarii sub Nro 314. circa qualiter dispensandos fideles sancte observari facietis; e Vobis autem vere infirmi aut debiles peculiari recursu Nobis aut Vicario Nostro Districtuali exhibendo, necessitatem dispensationis exponendam habebitis. Memineritis denique

1-o Ut pericopae Evangeliorum quotidie per S. Quadragesimam post missam cum brevi cohortatione perlegantur, et 5. Pater et Ave ad SS. Vulnera D. N. Jesu Christi persolvantur.

2-o Ut singula feria V. 6. hora Vespertina praescripta devotio asservetur.

3-o Ut Vos ipsi evidenti cum fructu et ineffabili fidelium solatio adusque asservari solita Sacra expiatoria Exercitia tanto exactius celebrare non intermittatis, quanto haec avidius a fidelibus e vicinia quoque confluere sventis, expetuntur. — Domine JESU Salvator mundi respice Nos propitius! ut gratia Tua suffulti in spiritu humilitatis et animo contrito percurramus dies reversionis ad Patrem, quem peccando reliquimus, utve stola innocentiae redonati ad gaudia paschalia felices perveniamus! Strigonii die 20. Januarii 1861.

Joannuelard Episcopus

## Venerabili Clero Archi-Dioecesis Nostrae Strigoniensis Salutem in Domino et paternam Benedictionem!

Nr. 332.

Pro Missionibus  
quando fiant col-  
lectae?

Dum collectae decursu evoluti anni per Dioecesim, pro diversis piis institutis et finibus charitativae symbolae modo destinationibus suis traduntur, observavi, quod pia haec oblata minore de anno in annum quantitate confluant, aesi refrixisset charitas multorum. Evidentius idipsum fit ex annuis quaestionatorum institutorum relationibus, quas pro ratione exemplarium, ad me transponi solitorum, Vobiscum quoque communicare consuevi. Si easvolvendo, oblata nostra cum oblati aliarum longe minorum Dioecesium conferamus, observabimus, alias Dioeceses multum nobis hac in re praestare.

Procul quidem a me, ut hinc metiri velim charitatem Vestram. Recognoscere enim debeo, quod illam erga specialem quamlibet provocationem meam pro posse testati fueritis. Ego circumstantiam hanc partim inde repeto, quod charitas Vestra saepe frequentius in subsidium vocetur, dum ex adverso tempora in dies iniquiora evadunt; partim vero inde, quod pro Missionibus et aliis analogis institutis, quae tamen plura sunt, collecta ad unam vicem instituatur, videlicet in Corona autumnali. Tunc singuli satis quidem in subsidium vocamini, et tamen longe minus confertur, quam si pro institutis his collectae distinctim instituerentur, ad plures per annum vices. Ita fieret, ut qui modo una hac collecta satis gravamini, per vices conferendo et plus et minori cum aggravio praestaretis.

Quantum vero nostra intersit Charissimi! Missiones sacras et similia instituta, ad propagandam et conservandam fidem directa, pro modulo virium succollare, multo magis nostis, quam ut opus habeam, pluribus hac de re disserere. Id unum prae oculis habendum, quod utilissimum universali Ecclesiae obsequium praestemus, dum instituta haec pia benevolentia fovemus. Nescimus, quam multum nummuli nostri ad exaltationem S. Matris Ecclesiae conferre possint. Sed volvite quaeso memoratas annuas relationes, ut videatis, quanta Ecclesiae obolis nostris lucra parentur, quantis indigentibus provideatur.

Cum jam firmissime persvasum habeam, oblata nostra ampliora evasura, si in illis colligendis alius ordo servatus fuerit: sequentem pro iis in futurum ordinem praescribo:

Collecta, quae hactenus ad unam vicem instituebatur, ex post ad ternas vices fiet.

Et prima quidem, occasione Congregationis expiatoriae ante Pascha, pro Missionem Terrae Sanctae seu pro Sepulchro Domini. „Eleemosyna pro delictis supplicat“. Conjungite ergo cum expiatione conscientiae eleemosynam pro Sepulchro Domini, ad quod nos tempus S. Quadragesimae magis ac aliud quodcunque invitat.

Altera collecta fiat in Congregatione vernali mense Majo, qui est mensis Marianus, pro Missionem Orientis ab Immaculata nuncupata, et pro Con-sociatione S. Bonifacii. Svavissimos sane Beatae Virgini offeretis flores, si devotioni majali hujusmodi charitatis opus conjunxeritis.

Tertia collecta fiat in Congregatione autumnali pro Missionibus Americae Septemtrionalis et Africae centralis. Charissimi! qui in messe benedictionem divinam recepistis, reddite Domino, non dico decimam, sed aliquam tantum particulam in signum gratiarum actionis, in subsidium missionum harum, quo eleemosyna Vestra adaugeat messem illam, in qua sacrae hae Missiones desudant. Sic Charissimi! cum singula collecta piam hujusmodi intentionem conjungite.

Restat adhuc institutum S. Infantiae JESU, seu collecta pro redimendis Chinensibus prolibus. Institutum hoc a. 1852. in Dioecesi a me erectum compluribus locis exurrexit, sed proh dolor! mox etiam intercidit, ac fere extinctum est. Nescio locum, in quo illud adhuc ad exigentiam statutorum dirigeretur et manuteneretur. Non possum autem non eximium hoc charitatis institutum, quod ad mature instillandam prolium cordibus christianam charitatem dirigitur, pastorali Vestro zelo potentius commendare. Agite igitur, ut illud apud nos resuscitatum majora capiat incrementa, proferatque fructum in redemptionem animarum miserarum prolium chinensium. Pro singulis autem Parochiis praescribo, ut in subsidium instituti hujus unum saltem

in anno, Dominica die, praemisso sacro sermone offertorium, tempore, quod parochus maxime opportunum judicaverit, asservetur, oblatumque aes usque finem Novembris per VADiaconum, qui praementionatas reliquas quoque collectas suis terminis recipiet et transponet, isthuc mittatur.

Thesaurisemus nobis Charissimi! hac etiam ratione thesaurum in coelo, ut ad misericordiam, quae in coelis est, per misericordias terrenas perveniamus! Strigonii die 21-a Januarii 1861.

#### Nr. 400.

Schematismi  
a. 1861. dimit-  
tantur.

Schematismus pro curr. a. 1861. editus jam deseruit prelum. Praenumerata per Vos exemplaria his diebus expediuntur ad Districtuales Vice-Archi-Diaconos. Hoc ideo insinuatur Vobis, ut, qui VADiaconi post 20 circiter dies exemplaria pro parte Districtus curae suae crediti haud percepissent, talia via reclamationis sollicitare valeant. Strigonii die 26-a Januarii 1861.

#### Nr. 401.

Specificatio libel-  
lorum pro paup.  
scholaribus,  
omnes item rela-  
tiones scholares  
suo tempore ex-  
hibeantur.

Termino exhibendarum tabellarum, libellos pro pauperibus scholaribus requisitos specificantium, ad finem currentis mensis defixo existente, siquidem complures scholarum elementarium Inspectores, ex occasione imminentis in systemate scholarum mutationis quaererent: num specificationem idmodi praescriptam et porro exhibere necessum sit? eo Vos inviandos esse duxi, ut tabellarem hanc consignationem inomuisse horsum exhibeatis fine eo, ut, ubi libri scholastici indigentis patriae nostrae accommodati et literis Typographiae Universitatis hungaricae procusi lucem conspexerint, numerus eorum pro pauperibus totius ADioeceseos huius scholaribus requisitorum exinde elici, hocque praehabito alioquota excusorum librorum pars, pro gratuita inter pauperes scholares distributione, congrue abhinc sollicitari possit.

Annotandum porro censui, singulas relationes scholares, huc intellectis etiam illis, quae tabellariter exhiberi solent (quarum aliquae adusque desiderantur), inomuisse pro termino praescripto, dioecetano huic Officio praestandas esse, usquedum de iisdem qualiter modificatis, quando item et quorsum exhibendis? via Cancellariae meae edocti fueritis. Strigonii die 25-a Januarii 1861.

#### Nr. 409.

Duae intra Paro-  
chiam Kis-Tapol-  
csán Docentis  
stationes vacant.

Concursus pro duabus Docentis stationibus, signanter in filiali possessione Loóecz et Zsikava vacantibus et slavicae linguae notitiam requirentibus, in 7-am Martii a. curr. praesentibus defigitur.

Emolumenta prioris stationis efficit hortus 280 org. quadr. amplius; titulo institutionis a singula prole scholari, quarum circiter 30. numerantur, unus fnus val. austr. porro  $\frac{1}{4}$  metr. pos. siliginis, item unum plaustrum ligni. Denique 7 metr. pos. siliginis et totidem hordei, quae Docenti qua praeoratori et aedituo obveniunt.

Proventus posterius memoratae stationis consistunt in fructibus agri 300 org. quadr. horti item 283 org. aequae quadr.; porro in didactro a prolibus scholaribus incirca 40 percipi solito, quarum singula  $\frac{1}{4}$  metr. pos. siliginis, unum ligni plaustrum et in aere parato 1 fnum val. austr. dependit. Praeoratori et aedituo  $11\frac{1}{2}$  metr. pos. siliginis accedunt. Proventus hos utrobique emolumenta pro munere Notarii obvenientia augment. Habitatio cubili, culina, camera et posteriore in loco etiam stabulo constat.

Recursus debite instructi Canonico hon. VADiacono et Parocho in S. Benedicto, Josepho Valentovich inscribantur et ad praestitutum Concursus terminum exhibeantur. Strigonii die 26-a Januarii 1861.

#### Nr. 510.

Petrovics Lud.  
obiit. Concursus  
publicatur.

Ludovicus Petrovics, Parochus Apajensis die 27-a curr. post suscepta moribundorum Sacramenta anno aetatis 45-o e typho cerebri in Domino obiit. Penes commendationem animae ejus solitis piis suffragiis simul Concursum pro reddito sic vacante Beneficio Apajensi usque ultimam affuturi mensis Februarii diem duraturum hisce publico. Strigonii die 31-a Januarii 1861.

benevolus

*Joannuelard H. Strigony*

## Venerabili Clero Archi-Dioecesis Nostrae Strigoniensis Salutem in Domino et paternam Benedictionem!

Nr. 462.

De futuris Regni  
Comitiis.

Publica Regni Comitia in diem 2-am venturi mensis Aprilis convocanda esse, sine dubio jam innotuit Vobis; neque ignoratis, Fratres Charissimi! summum huic rei inesse momentum. Si enim sensus justitiae, sincerum veritatis studium, ardens pacis et publicae tranquillitatis desiderium, ac proinde ingeniorum moderatio et prona ad revehendam animorum unionem voluntas publicas has consultationes direxerit: utique pax et benedictio veniet super gentem nostram. Si vero dolores, qui non ex toto sine culpa nostra venerant nobis, continuo renovati — si vota et desideria quocunque potius obtutu, quam adjunctorum et necessitatis ratione concepta sine mensura proposita — si principia, quae compagem Reipublicae solvunt potius, quam firmant, civitate donata — si ordo, aeterna Dei Sapientia stabilitus, novaturientium systemati immolatus — si denique exulceratio magis, quam tranquillatio animorum intenta fuerit, quid aliud, quam communem calamitatem expectare licebit.

Vel ex his facile intelligitur, felicem Comitiorum exitum, plurimum a delectu individuorum, quibus vices Civium committentur, pendere. Ast recte delectus iste maxima cum difficultate conjunctus est; nam qualis sit spiritus hominis, non nisi ille novit, qui nobis illum inspiravit, ac rectum innovare potest; neque casus desunt, ut homines integerrimae fidei, sive publico applausu animati, sive panico terrore correpti, subin a honestate defecerint, quod in praesentibus rerum adjunctis eo majorem sollicitudinem generat, quo majore repraesentantes populi utentur libertate, quae olim instructione Jurisdictionum salubriter limitata exstitit.

Ut in delicato hoc et gravissimi momenti negotio saltem cum aliqua securitate progredi possimus, consultissimum erit in electione repraesentantium, vel, ut dici amat, ablegatorum attendere: an fidem Deo servent; imprudenter enim homo sibi quidpiam pollicetur ab iis, qui, quae Dei sunt, obliviscuntur, vel plane cum protervia conculcant; an vita eorum legibus honestatis undequaque respondeat; qui enim graviore aliquo delicto maculati sunt, illis pretiosissimum thesaurum, de persona ac rebus nostris disponendi jus concedere extrema esset dementia; an etiamsi non copiosis, sufficientibus tamen temporalibus facultatibus gaudeant; qui enim his plane destituuntur, de jure proprietatis, omnis societatis basi vel nullum conceptum habent; vel saltem nullo illius respectu moventur; an pacis et charitatis amatores, et affectuum ac passionum suarum victores existant; sine hac dote facile dissidiis implicantur, quae si publicarum discussionum theatrum occupent, facile consultantes ad extrema delabuntur, et Regnum ipsum in discrimen adducunt.

Omnia haec hujus sunt indolis, ut ad illa discernenda et deligenda non quorumlibet, sed paucorum duntaxat ingenium aptum censi possit. Et hinc sponte fluit obligatio Sacrorum Curionum fidelibus suis in arduo hoc negotio consilio et auxilio assistendi, omni tamen cum prudentia et cautione, quia omnibus debitores sumus, neque licet aestimium aliorum, qui praecipue moderandis negotiis praesunt, deprimere. Hic quoque charitas, praecipua pastorum dos, ingeniosa esse novit, atque ita studet totius corporis incolumitati, ut singulorum membrorum integritatem haud laedat.

Neque animarum Curatoribus, qui suorum fiducia pollent, occasio deest sana huiusmodi consilia illis installandi. Nam frequenter evenit, ut ipsi dociles fideles pastorum suorum mentem et consilia expetant, qua occasione officium ipsis incumbit, ut salutaria consilia suggerant; sed alias etiam modus suppetit salutarem suum influxum exerendi, quando nimirum insperate cum suis fidelibus conveniunt, vel vero publicis Communitatis consultationibus interveniunt. Ut in Sacro suggestu obligationes erga Principem, illius magistratus, ac generatim erga superiorem potestatem omni cum energia et frequentius inculcentur, utique ad hoc nos exemplum Apostoli provocat, dicentis: „*Omnis anima potestatibus subjecta sit, sive Regi tamquam praecellenti, sive Ducibus tamquam ab eo missis.*“ — Sed ut ibidem politica principia, quorum salubritas ab ancipiti exitu passim dependet, disseminentur, prudentia vetat; alioquin locum, ubi veritates aeternae annunciantur, in theatrum convertere opinionum, quarum commenta delet dies, grande nefas foret.

Caeterum ipsi Vos, Fratres Charissimi! nobis etiam non monentibus advertitis, omnem hanc commendatam prudentiam vix ad aliud valere, quam ut coram hominibus et mundo onere responsionis immunes existamus; veram enim et stabilem Regni felicitatem, quam ardentem desideramus, ille tantum largiri potest, qui emittit Spiritum suum, et prospera negotia creantur, atque sic renovat faciem terrae. Ad illum igitur confugere necesse est „sine cuius numine nihil est in homine,“ prout id praesentis aevi, novis inventis licet foecundissimi, historia abunde docet.

Praesentibus igitur dispono, et usque ad expressam revocationem observari volo, ut proxima a perceptione horum ordinum dominico vel festo die fidelem populum edoceatis, quantopere intersit Deum, „a quo sancta desideria, recta consilia et justa sunt opera,“ assidue exorare, ut tam Regi Apostolico, quam omnibus, qui in sublimitatibus sunt, vel secus negotia Regni tractant, „Spiritum consilii, scientiae, pietatis et timoris nominis sui infundere dignetur,“ quo sic „et quae agenda sunt, videant, et ad implenda quae viderint, convalescant.“ Tum vero in omnibus parochialibus et Conventualibus Ecclesiis diebus Domini et festis tam ad finem Missae quam etiam devotionis pomeridianae coram exposito in Ciborio Venerabili cum populo lingua vernacula oretis 3. Pater et Ave, cum subnexa oratione, primo pro Papa „Deus refugium nostrum et virtus“ deinde pro felici exitu Consultationum „Vota quaesumus Domine, supplicantis populi“ — quae habetur in Missali Dominica infra octavam Epiphaniae. Vos vero, Fratres Charissimi! qui una mecum vi muneris Vobis crediti mediatores Deum inter et homines estis, sine intermissione levate manus in altum, ut Pater misericordiarum et Deus totius consolationis Inclytum hoc Regnum, patrocinio Immaculatae Virginis commendatum, benigne respicere, vastatorem Angelum procul ab eodem arcere, et intercedentibus Sanctis, quos haec terra genuit, ad illum pacis et tranquillitatis gradum elevare dignetur, ut jam hic praegustare possimus felicitatem coelestis Jerusalem, „in qua neque luctus, neque clamor neque dolor erit ultra.“

Eousque etiam, donec optima Principis voluntate et concordi Regnicolarum studio omnia ad legitimum ordinem reducta fuerint, populum Vobis commissum omni meliori modo monere et obsecrare non intermittatis, ut Superioritati promptum obsequium exhibeat, onera publica — sic dictam contributionem, sine qua privata commoda pessum ire necesse est, ad exemplum Christi Domini et Principis Apostolorum: „reddite Caesari, quae Caesaris sunt“ — „tributum, cui tributum, vectigal cui vectigal,“ — diligenter dependat et patienter supportet; rectum ordinem observet, jura aliorum revereatur, et quod Christianos decet, cum omnibus charitatem foveat. Deus pacis et amator charitatis sit cum omnibus Vobis et fidelibus curae Vestrae commissis. Strigonii festo Conversionis S. Pauli Ap. 1861.

benevolus

Joannulard Episcopus

# JOANNES

S. R. E. TIT. S. CRUCIS IN HIERUSALEM PRESBYTER CARDINALIS

SCITOVSZKY,

DEI ET APOSTOLICAE SEDIS GRATIA METROPOLITANAE ECCLESIAE STRIGONIENSIS ARCHIEPISCOPUS, SANCTAE SEDIS APOSTOLICAE LEGATUS NATUS, INCLYTI REGNI HUNGARIAE PRINCEPS PRIMAS, SUMMUS ET SECRETARIUS CANCELLARIUS, PENES EXCELSUM R. LOC. CONSILIUM HUNG. CONSILIARIUS, INSIGNIS ORDINIS S. STEPHANI REGIS APOSTOLICI PRAELATUS, EJUSDEM, INS. ITEM ORD. LEOPOLDI IMP. MAGNAE CRUCIS EQUES, S. C. ET R. APOSTOLICAE MAJESTATIS ACTUALIS INTIMUS CONSILIARIUS, INCL. COMIT. STRIGON. PERPETUUS ET SUPRE-  
MUS COMES, EXCELSAE TABULAE SEPTEMVIRALIS CO-JUDEX, SACERDOS JUBILARIS, AA. LL. ET PHIL., NEC NON SS. THEOL. DOCTOR, ETC. ETC.

Venerabili Clero Nostro — Fratribus, Filiisque in  
Christo carissimis!

Gaudemus in Domino! quod protegente senectutis Nostrae dies Ejusdem misericordia, praepotente quoque Patrocinio Magnae Dominae Nostrae adjuti, tantillo tardius licet ac optassemus, *Statuta Synodi* Nostrae dioecesanæ, anno priore ad finem mensis Septembris in Basilica Strigoniensi asservatae, manibus Vestris consignare valeamus. Accipite ea cum reverentia non minore, ac animi solatio! Ast oro Vos carissimi! ut priusquam lectioni eorum Vos accinxeritis, pia meditatione animo Vestro eam convictionem ingenerare studeatis; quod volumen hoc sit pro Clero Archi-Dioecesis Strigoniensis *Volumen legum*, quemvis Sacerdotem- Clericum- una mecum in conscientia obligantium, neque absque reatu peccati violari queuntium.

Ille Deus locutus est Nobis Dilectissimi — in unum collectis, qui per Filium Suum JESUM Magistrum Nostrum edixit: „ubi fuerint duo vel tres congregati in nomine meo — causa veritatum divinarum et salutis fidelium — ibi sum ego in medio eorum“, ut dum locuti fuerint, „non loquantur ex se, sed ex spiritu Patris, qui loquitur ex illis“. — Fateamur itaque cum S. Paulo (ad Thessalon.) est necesse, quod cum Statutis his accipiamus ordinationes, „non ut verbum hominum, sed sicut est verbum Dei“. — Legatis proinde continentias Voluminis hujus diligenter et cum aviditate relegatis; sit autem lectio et relectio juncta cum correspondentibus *Decretis Concilii Provincialis*, velut principiis quibus *Statuta Synodi* superstructa sunt; haec duo, *Decreta* quippe et *Statuta* unum integrum efficiunt, nec sejunctim debite cognosci, nec cum fructu in usum deduci possunt; opportune proinde *Decreta* cum *Statutis* in unum Volumen tamquam manuales librum ligabuntur.

Ut vero evitetur in effectuantis et in praxim deducendis Statutis diversitas, inducaturque perfecta uniformitas, necessarium est: 1-o ut quivis ea legat, et super lectis pie meditetur. — 2-o inomisse conveniendum erit in unum locum, ut de practice obligationibus, per *Statuta* praescriptis, eundem sensum adquiratis, et modum implementi observetis. — 3-o in hac communi Consultatione conveniendum erit in eo: quænam *Statuta*, vel saltem *Statutorum* partes populo Vobis credito in forma sermonis sacri publicare et salutari cum cohortatione eorum observantiam inculcare debeatis. — 4-o ad munus Vice-Archi-Diaconi districtualis spectabit scrupulosa cum conscientiositate intendere, an a die asservatae Consultationis observantia quorumvis *statutorum* in vitam deducta fuerit — omnem intermissionem — recessum Nobis indicabit, super quo conscientiam ejus oneramus. — 5-o *Tabellae precum*, ante et post sacras functiones persolvendarum, et in Sacristia super flexorium appendendarum, parantur et transponentur.

Quam felices Nos — dilectissimi! qui de bonitate Domini imposuerimus finem longo nimis, plane ducentos duos (202) annos numeranti tempori, decursu cujus in principali hac Regni Mariani Ecclesia Synodus dioecesana coadunata, et asservata non

Nr. 574.

Statuta Synodi  
Dioecesanæ  
Clero transponuntur.

fuit. Benedictus sis eapropter Domine Deus — et benedictum sit pro misericordia — hac magna nimis — Nomen Sanctum tuum in Saecula! — Ego imprimis (humilis Minister Christi — et indignus animarum Vestrarum Pastor) in haec suspiria repetenda prorumpere obligor — cui Dominus de abundantia bonitatis suae voluntatem et vires tribuit; ut Basilica cultui Altissimi aperiatur — ad Ejusdem aram Sacerdotalis mei jubilaei festivitas haberetur — ministerio manuum mearum duodecim Sacerdotes Episcopali caractere insignirentur, etc. O Domine! — quid retribuam Tibi pro omnibus, quae tribuisti mihi!

Orate carissimi! ferventer et indesinenter; ut divinus Ille Navarchus JESUS Christus Dominus Noster inter peracerbas procellas fluctuanti Ecclesiae suae ferat auxilium — Vicario Suo PIO Papae IX. virtutum splendore et invicta animi fortitudine, toti catholico Orbi prae lucenti porrigat dexteram — Augustissimo Principi Nostro conferat munimen — Patriae civibus tribuat patientiae et fiduciae spiritum — Nos demum in Atria Domini locatos amore virtutum clericalium et in executione muneris pastoralis fervente zelo repleat! — Oremus pro invicem — et salvabimur! Strigonii festo Purificationis B. M. V. 1861., Episcopatus Nostri Anno 34., Archi-Episcopatus 12., Jubilaei Sacerdotalis 2., aetatis 76.

*Joannuelard H. H. H.*





## Venerabili Clero Archi-Dioecesis Nostrae Strigoniensis Salutem in Domino et paternam Benedictionem!

Nr. 628.

**E**perlatis horsum pluribus casibus, in merito coniunctionis muneris notarialis cum officio Docentis novissime emergentibus manifestum fit, redditam Communitatibus locales suos Magistratus restaurandi libertatem, ad ipsos etiam scholarum elementarium Docentes muniis notarialibus gravandos, in proventibus scholaribus restringendos, quin imo locis suis movendos extendi. Perperam istud fieri, praeterquam quod nullo ausus idmodi legis praesidio nitantur, sat superque evincitur ex eo, quod Docentes scholarum, ceu Ecclesiae servi, ratione institutionis pubis scholaris et sacrarum functionum, ecclesiasticae Jurisdictioni, nequaquam vero Communitatum dispositioni obnoxii sint. Ut adeo ipsos aliis functionibus cum detrimento principalium suorum obligaminum gravare, emolumenta ipsorum imminuere, vel plane servitio scholari eodem privare nequitiam Communitatibus integrum sit. Ne igitur hae simile quid via facti attentare praesumant, sequentes obtutus oculis ipsarum sistatis, oportet.

Communitatis ad Docentem correlatio. Munus Notarii et Docentis quo pacto coniungendum?

I. Quantum ad personam Docentum, Communitates in sensu altiorum ordinum in nominationem eorumdem voto suo positive influunt, desiderioque ipsarum legaliter manifestato, atque a reliquis etiam electionis factoribus, puta: scholarumInspectore, Directore, terrestri item Dominio congrue succollato, a parte Ordinarii in regula deferri solet. Igitur Docentem suum Communitas haud independenter eligit, ideoque nec independenter et arbitrarie cum persona ipsius disponere potest. Quodsi de Docente ob legales causas a munere amovendo agatur, in denunciationis veritatem ope fassionis testium investigari, et pro re nata admonitio exerranti Docenti a parte Officii dioecesanii impertiri, nec nisi in casu incorrigibilitatis Docens idmodi loco suo per Ordinarium moveri, aut politico Dicasterio pro dimissione e servitio proponi solet. Quotiescunque igitur causa querulandi contra Docentem subversatur, malo medelam apud immediatos eiusdem praeordinatos, scholae Directorem scilicet et Inspectorem, atque adiunctis ita poscentibus, apud dioecesanum hocce Officium quaerere satagat Communitas, nequaquam vero iudicem ipsamet agere audeat.

Quod provisionem Docentum attinet, haec vel visitatione canonica defixa, vel ope fassionum, ut vocant scholarium, Loci altioris auctoritate probatarum, stabilita existit. Vim instrumentorum horum pro arbitrio infringere nemini integrum est. Nec proin ius ullum Communitatibus suffragatur, emolumenta Docentum ullo sub praetextu imminuendi, vel dimissionem eorumdem e servitio quocunquedemum sub titulo arbitrario praesuscepiendi. Omnis illegalis in hoc genere ausus, iniuriaque Docentibus quavis ratione inferenda legalibus remediis vindicabitur; siquae eatenus habent postulata, ad dioecesanum isthoc Officium se convertant, est necesse.

II. Designatio et electio, nec non provisio Notariorum ex toto pertinet ad Communitatem et processualem Judlium, et Notarius a Docente ordinarie debet esse distinctus, quia communiter officium Notarii profectum scholarium impedit; id quod sancte omnino constitutum est. Unde si de notarialibus muniis, cum Docentis officio coniungendis alicubi motus fierent, declarandum erit, id nisi cum scitu et annutu Dioecesanii fieri posse, cum scholae ad iura Ecclesiae pertineant. Et hinc

III. Ratione coniunctionis muneris notarialis cum officio Docentis principii instar tenendum erit, coniunctionem dictorum duorum munerum in Communitatibus minoribus, habita insufficientiae earumdem Notarium distinctim providendi ratione, tolerari aut praesuscepi posse, dummodo institutio scholaris detrimentum haud patiat, tempus institutioni sacratum Docens muniis notarialibus haud insumat, neque — et quidem sub comminatione amissionis servitii scholaris — institutionem scholarem proprio arbitrio, sine scitu et annutu scholae Directoris abrumpere, aut horas institutionis imminuere audeat, prout idipsum altioribus etiam ordinibus sub 10-a Augusti anni praet. Nr. 3257. abhinc publicatis cautum est. Haec porro coniunctio tantum ibi admittetur, ubi obli-

gationes notariales tam raro occurrunt, ut horae scholarum turbandae non sint, nec schola-  
rium numerus quinquagenarium longe excedit; ubi enim hoc numero plures fuerint scho-  
lares, subdocente inomisse opus est, qui Docentis, ob munia notarialia absentis, aut se-  
cus impediti vices agat; ubi vero proles in duobus conclavibus instituuntur, conjunctio  
muneris notarialis cum officio Docentis admitti nullatenus potest. Ad fideles Vestros de-  
bite de principiis his capacitandos, si opus foret, politicorum etiam officialium operam con-  
grue imploretis, nec patiamini, ut obventiones Docentum in solvenda fatigia notarialia  
imputentur, utpote quorum remuneratio ad privatam conventionem, inter Docentem et  
Comunitatem ineundam, referenda est, Strigonii die 7-a Februarii 1861.

benevolus

Joannuelard H. Eger



Venerabili Clero Archi-Dioecesis Nostrae Strigoniensis  
Salutem in Domino et paternam Benedictionem!

Nr. 784.

Conferentiae cum  
Docentibus et  
thematibus elabo-  
ratio ultro incul-  
cantur.

Consilium regium Locumtenentiale hungaricum datis ad me sub 23-a Januarii a. curr. Nr. 2617. literis ad notitiam meam pertulit, qualiter resultatum Conferentiarum cum Docentibus, anno elapso scholastico districtualiter asservatarum, e protocollis earundem abhinc sibi substratis relucens, gaudenter et plena cum conquiescentia exceperit, ubertim advertendo, congregationes has finem sibi praestitutum, qui in recta prolium institutione et religiosa ipsarum educatione omnimode promovenda situs est, virgili sane oculo usurpasse; quare dictum Excelsum Dicasterium, penes gratitudinis contestationem, impense me requirit, ut admodum salutare hoc Institutum energica opera mea et ultro succollem. Insignem Conferentiarum idmodi debite celebratarum utilitatem tum ratione intellectualis Docentum culturae promovendae, tum ex obtutu harmonicae animorum unionis inter eosdem inducendae, tum denique e respectu defectuum scholarium mutuis consiliis efficaciter sufferendorum, ultra ea, quae in hoc merito identidem inculcaveram, non est, quod amplius Vobis commendem. Ut adeo mirari subeat, quod aliquot scholarum Inspectores dictas Conferentias, decursu anni elapsi, celebrare cum Docentibus intermiserint. Terminum congregationis idmodi horsum insinuare deinceps neutiquam oportebit.

Quod ad elaborata thematum attinet, dubitari nequit, Docentes eo, quod assignata pro Conferentiis accommoda paedagogica themata, principiis Ecclesiae catholicae consone elaborare et chartae mandare adstringantur, e sopore tantisper evigilare; iunioribus publica super elaboratis thematibus orali concertatione, in Conferentiis institui solita, calcar ad proficiendum addi; in tepidioribus denique vocationis, arctioris cum Ecclesia nexus et a superioribus suis ecclesiasticis dependentiae conscientiam excitari, id quod signanter aevo nostro, omnia pro lubitu agere connitente, iam in lucro ponendum est. Quare ea omnia, quae obtutu assignandorum (etiamsi unius solum singula vice) elaborandorum item et censurandorum idmodi thematum, circularibus meis ordinibus adusque sancita fuere, ultro etiam observanda erunt, omnimodeque eo enitendum, ut, adhibitis sedulo hisce perfectionis adminiculis, Docentes Vestri sint, quod esse debent, dextra Curatorum manus in aedificando corpore Christi. Strigonii die 20-a Februarii 1861.

Nr. 790.

Normativum intu-  
itu redintegrati-  
onis Congruae.

Excelsum regium Locumtenentiale Officium hungaricum in ordine ad redintegrationem Congruae, per contributionis solutionem infra normalem statum depressae exhibitos recursus remittendo, rescripto, ddo 31-ae Decembris 1860. Nr. 46570. edito statuit: ut loco contributionum libellorum dehinc ex parte cuiuslibet Parochi, qui redintegrationis particeps fieri cupit, specialis deductio solutae inde ab anno 1855. fundualis contributionis una cum suis additamentis (pótlék, Zuschlag) paretur; deductioni hinc superinducenda est adtestatio 1-o Iudicis nobilium, quod recurrens tempore, pro quo redintegrationem sollicitat, reipsa in non interrupto usu tenutorum illorum, a quibus contributio soluta fuit (respective in usu tenutorum parochialium) exstiterit. 2-o Adtestatio concernentis Officii contributionalis, quod specificata contributio unice ab his tenutis, et non etiam ab alia nefors privata proprietate soluta fuerit, et quidem soluta per ipsum recurrentem, non autem per Communitatem.

Cum Excelsum Officium Locumtenentiale non obstante iterato facta in obversum remonstratione dispositioni huic inhaereat, eandem Vobis pro directione et norma ad notitiam perfero, ut recursus huic normativo congrue adornatos exhibeatis; quare etiam recursus in hoc negotio adusque, inde a mense Junio exhibitos, prout sensim ab Officio Locumtenentiale remissi fuerint, Vobis una cum libellis contributionalibus via postali transponendos disposui. Strigonii die 21. Februarii 1861.

**Nr. 902.**

Docentis in Csáb  
statio vacat.

Concursus pro hacce Docentis et Cantoris labii hungarici statione in  
10-am Aprilis a. curr. defigitur. Emolumenta eiusdem tribus agrorum iugeris, quae fi-  
deles colunt; 32. metretis pos. siliginis; octo orgiis ligni focalis; sex urnis musti; media  
metreta tritici pro pinsendis hostiis, incirca 50. fnis titulo didactri et 18. fnis titulo  
stolae absolvuntur.

Recursus debite instructi scholarum Inspectori, VADiacono et Parocho Drége-  
lyensi Laurentio Gály inscribantur et exhibeantur. Strigonii die 27-a Februarii 1861.

benevolus

*Joannulard H. E. H. H.*



Venerabili Clero Archi-Dioecesis Nostrae Strigoniensis  
Salutem in Domino et paternam Benedictionem!

Pro tabellari relatione super Visitatione VADiaconali praestanda, habentur iam nova, ad exigentiam Synodi Dioecesanæ exacta formularia, quae in huiate typographia á 3. xris v. a. acquiri possunt, quod ipsum VADiaconis hisce ad notitiam perfertur. Strigonii die 16. Martii 1861.

Nr. 1089.  
Novae Tabellae  
pro Vis. VADiac.

Consilium regium Locumtenentiale hungaricum ope Rescripti, e Sessione 9-a Februarii a. curr. habita, Nr. 4873. ad me directi significat: Antonium Klima, in schola capitali suburbiali ad S. Josephum Viennae subdocentem, e capite seductionis ad lasciviam, tenore Rescripti aulici, sub 21-a Januarii a. curr. Nr. 733. editi, ad munus docendi publicum et privatum pro inhabili declaratum esse. Quod ipsum Vobis, fine insertionis cognominis huius ad librum scholarem, praesentibus notifico. Strigonii die 16-a Martii 1861.

Nr. 1092.  
Quipiam a docendo arcetur.

Extractus Rationum de foundationibus scholaribus qualiter administratis? a parte complurium scholarum Inspectorum plane non, ab aliis admodum tarde, a quibusdam vero foundationum harum summarii duntaxat conspectus dioecetano huic Officio exhibentur. Quo igitur ad exigentiam altiorum etiam ordinum status earundem activus et passivus rite cognosci, atque altiori Loco fine revisionis abhinc praesentari possit: extractus Rationum de iisdem qualiter administratis (non vero summarius tantum conspectus) juxta praescriptas rubricas, a concernentibus Curatis elaborari, a scholarum Inspectoribus revideri et subsignari, horsumque inomisse usque finem mensis Novembris annue exhiberi debet, Consilio regio Locumtenentiale hungarico pro exactorali revisione abhinc substernendus. Strigonii die 24-a Martii 1861.

Nr. 1169.  
Relatio tabellaris  
de foundationibus  
scholaribus deinceps  
deponitur.

Beneficia parochialia: Érsek-Ujvár, Udvard, Holics et Bakabánya eo, quod actuales illorum possessores, et quidem duorum priorum ad stallanonicalia promoti, duorum vero posteriorum ad auctum numerum Membrorum Instituti S. Adalberti cooptati sint, cum 1-a Maii anni curr. canonice vacabunt. Pro exhibendis recursibus terminus in 25-am proxime affuturi mensis Aprilis diem hisce defigitur. Strigonii die 25-a Martii 1861.

Nr. 1176.  
Vacantia Beneficia  
publicantur.

Venceslai Matejka, Parochi Udvarnokensis, die 28-a pr. m. anno aet. 47. ex typho abdominali interventum obitum Vobis significando, animam illius consvetis suffragiis commendo, una pro exhibendis isthuc respectivo Patrono inscriptis recursibus pro taliter vacante Beneficio, diem 20-am Aprilis ceu terminum praecclusi exscribo. Strigonii die 10. Martii 1861.

Nr. 969.  
Matejka Venceslaus obiit.

benevolus

Joannuelard Hystm

## Venerabili Clero Archi-Dioecesis Nostrae Strigoniensis Salutem in Domino et paternam Benedictionem!

Nr. 1221.

Jus nominandi  
Docentem Com-  
munitas infunda-  
te praetendit.

Ex occasione mutationum novissime in rebus politicis interventarum, Communitates quaequam, ratione electionis Docentum, sub praetextu libertatis ante annum 1848-um hoc in genere exercitae, exclusivum veluti ius sibi attribuunt, indubie ideo, ut cum Docentibus idmodi, arbitrarie abs se electis, prohibito disponere, oneribus notarialibus ipsos gravare, provisionem eorum regulare, ipsosque, ubi placuerit, e servitio dimittere possint. Jure idmodi, utpote capacitatem ruricularum excedente et potestate ecclesiasticae, cui Docens qua Ecclesiae servus subordinatur, summe praeiudicatoso, Communitates rurales haud unquam gavisas esse, antiqua praxis in Regno nostro vigens sat superque demonstrat, cuius testis sit (ut antiquiora documenta silentio praetereamus) opus sub titulo: „Ratio educationis publicae totiusque rei literariae per Regnum Hungariae et Provincias eidem adnexas“ Budae 1806. vulgatum, in quo Cap. VIII. de legendis dimittendisque scholarum vernaculorum magistris, signanter §. 188. clare enunciatur: „eandem esse in pagis et oppidis, quam in scholis urbanis delectus magistrorum regulam, scilicet: patroni scholarum Candidatos regulariter instructos adprobatosque scholarum Inspectori praesentent, sine cuius adsensu magister nec assumetur nec etiam removebitur.“ Lapsu temporis editi per Excelsum Consilium regium Locumtenentiale hungaricum normativi ordines sub titulo: „Regulae pro scholis elementaribus Hungariae 1845“ §. 85. disterte praescripserunt: „neminem deinceps in aliqua schola elementari nominari in Docentem aut subdocentem posse, qui post cursum Praeparandiae biennalem terminatum examen non subiverit, taleque testimonium non obtinuerit, quo is pro gerendo munere Docentis idoneus declaratur.“ Huic principio innixum fuit „Proiectum stabilien- di per Regnum Hungariae systematis scholarum parochialium, institutionisque elementaris religioso-moralis“ Strigonii die 30. Maii 1851. stypis excusum, cuius §. 16-o et 22-o habetur: „Magistros vel Docentes scholarum parochialium, ad capessendum isthoc munus, non nisi mediante concursuali examine admitti posse. Concursum hunc scholarum Inspector districtualis, praesentibus Parocho loci, qua Directore locali, tum Repraesentantibus Communitatis, Domini terrestri et eorum, qui dotatione magistri vel fundis immobilibus ad erectionem aut conservationem scholae peculiariter concurrerunt, sicque in illam sibi ius quasi patronale acquisiverunt, qui omnes et unice ius voti habebunt, asservabit.“ Ut adeo vel ex his liquidum fiat: Communitates rurales irrestrictum, illimitatumque ius circa electionem Docentum, apud nos haud unquam exercuisse, nec etiam in praetensivo hoc iure primum altioribus ordinibus, sub priore politico regimine editis, signanter Resolutione normativa d. d. 27-ae Octobris 1857. emanata restrictos esse, utpote quae, tum ratione qualificationis ad munus docendi requisitae, tum ratione modi electionis Docentum, praxi dudum in Regno hoc vigenti superstructa fuit, a qua proin, usquedum alia norma stabilita fuerit, recedere nequitiam integrum est; id quod fidelibus Vestris opportune enucleetis. Strigonii die 23-a Martii 1861.

Nr. { 1222.  
1223.

Docentis in Sz.  
Péter et Var-  
sány munus  
vacat.

Concursus pro utraque hac labii hungarici statione in 30-am Aprilis a. curr. praesentibus defigitur.

Emolumenta prioris consistunt: in 30. iugeris agrorum, quae fideles cultivare tenentur; 25. metr. pos. tritici mixti; 10. metr. pos. siliginis; una orgia ligni focalis duri; 42 fnis val. austr. titulo redempti didactri; 22. incirca fnis val. austr. e stola et Missae sacrificiis. Habitaculum duobus cubilibus, culina, camera et stabulo absolvitur, et domui hortus viridariis inserviens adiacet.

Posterioris stationis, ad parochiam Rimócz filialis, proventus 42. metr. pos.

siliginis, item 16. fnis 20. xris val. austr. titulo lecticalis praestationis; 12. metr. pos. siliginis titulo institutionis pubis scholasticae; 20. incirca fnis val. austr. e stola; 6. orgiis ligni pro usibus propriis, 4. item pro calefactione conclavis scholaris; nec non terris pro duplici calcatura 6. metretas pos. capacibus, cannabeto denique 1/2. metr. pos. et prato unius falcastris absolvitur. Hospitium duobus cubilibus, culina et camera absolvitur, domuique hortulus adiacet.

Recursus debite instructi, quantum ad Sz. Péter Ilmo Comiti Gabrieli Zichy inscribantur et concernenti scholarum Inspectori districtuali, surr. VADiacono Udvardensi Georgio Schnausz, Parocho in Kurtakesz exhibeantur; quantum ad Varsány vero VADiacono Szécsényensi Paulo Glacsz, Parocho in Felső-Ludány inscribantur et praesententur. Strigonii die 28-a Martii 1861.

benevolus

Joannulard Helym

## Venerabili Clero Archi-Dioecesis Strigoniensis Salu- tem in Domino!

Nr. 1410.

Pro utraque hac labii hungarici statione Concursus in 16-am affuturi mensis Maii diem hisce praestituitur.

Statio Docentis  
in Vámos et  
Szabadi vacat.

Emolumenta Docentis una Cantoris in Vámos consistunt in 6 iugeris catastralibus et 12 orgiis agrorum, e quibus Communitas unum duntaxat iugerum cultivat; porro in 38 fnis Mon. Conv. titulo instructionis prolium, uti et 61 fnis 10 xris pro institutione dominicali a Communitate, in didactro item a parte prolium scholarum percipi solito, quod 38. incirca fnos adaequat; in lecticali ad 52 fnos aestimato; in 10 fnis titulo pulsus organi, quos filialistae Szabadienses dependunt; in 12 fnis e stola, foundationibusque Missarum percipi solitis. Fasces ligni, quos coloni praestant, in 13 fnis calculantur, omnes denique proventus fassionetenus in 274 fnis defiguntur.

Posterioris stationis filialis proventus in fnis 141. mon. Conv. computantur, quos fructus 2. metr. agri per Communitatem cultivati, pratum unius falcastris, usus pascui pro 6. pecorum frustis, pensum pro institutione prolium etiam dominicali, lecticale item et fasces virgultorum a colonis praestari soliti efficiunt.

Pro calefactione conclavis scholaris ligna utrobique Communitas suppeditat, domusque scholaris uno cubili, culina, camera, stabulo et hortulo absolvitur.

Recursus debite instructi scholarum Inspectori Districtus Hedervarensis, surr. VADno et Parocho in Zámoly, D. Sigismundo Peőcz inscribantur et exhibeantur. Strigonii die 14-a Aprilis 1861.

Nr. 1478.

Pro statione Docentis una Cantoris in Alistál Concursus in 16-am, pro illa vero in oppido Duna-Szerdahely (labii utrobique hungarici) in 23-am mensis Maii a. curr. diem defigitur. Percipit vero Docens huius ab oppido titulo didactri fnos 50 val. aust.; a filialistis circiter fnos 10.; pro institutione in schola dominicali fnos 30; titulo lecticalis praestationis siliginis metretas circiter 100; eodem titulo in parato aere fnos 70; e stola et Missis circiter fnos 200; praeterea habet agrum 2 $\frac{3}{4}$  iug. et hortum  $\frac{1}{4}$ . iugeri. Habitatio constat ex 2. cubilibus, culina, camera et stabulo. Cum schola haec II. classium sit, Docens obligatur subdocentem ipse inter tenere et solvere.

Concursus pro  
statione Docentis  
in Dunaszerdahely  
et Alistál  
publicatur.

In Alistál tenet Docens 7. iugera agrorum, canabetum  $\frac{1}{2}$  iug. quae ipsemet cultivare debet. Titulo lecticalis praestationis percipit 12. metretas tritici et 30. metr. siliginis; eodem titulo in aere parato 20 fnos v. a.; ex fundatione Széchenyi et Kolonics 32 fnos 80 xr.; titulo didactri 24 fnos; e stola et Missis 35 fnos; pro pulsu 100. libones panis. Habitatio uno cubili, culina, camera, stabulo et reclinatorio absolvitur.

Recursus suis requisitis provisi VADno, una scholarum Inspectori D. Joanni Szakváry, oppidi Dunaszerdahely Parocho inscribantur et ad praeindicatos terminos Id quod DD. scholarum Inspectores et Directores Docentibus et subdocentibus suis congrue notificare velint. Strigonii die 17-a Aprilis 1861.

Nr. 1400.

Ladislau Jánosy, Cooperatorem Ipolysághensem, anno aetatis 26-o, 5-a curr. ex paralyti pulmonum repente mortuum esse hisce annunciando: animam ejus consvetis piis suffragiis commendo. Strigonii die 11-a Aprilis 1861.

Jánosy Lad.  
obiit.

benevolus in Christo Frater

**Michael B. Fekete m. p.**

El. Eppus, Vicarius Cathedralis.



# Venerabili Clero Archi-Dioecesis Nostrae Strigoniensis Salutem in Domino et paternam Benedictionem!

**P**ro hac labii slavici Docentis una Cantoris statione Concursus in 5-am Junii a. curr. praesentibus annunciat. Emolumenta eiusdem consistunt in 79 flnis val. austr. e fundis publicis percipi solitis; 16 flnis, quos coloni praestant; 6 flnis 40 xris val. austr. ab institutione prolium; 4 flnis 11 xris e fundatione; item 4 flnis 20 xris e stola obvenientibus; 10 metr. pos. grani mixti; in 10 curribus lignorum focalium; cauleto denique et fructu agellorum  $\frac{3}{4}$  et  $\frac{1}{2}$  metr. pos. capacium. Domus scholaris duobus cubilibus, quorum unum prolibus scholaribus deservit, culina item et camera absolvitur, domuique hortulus adiacet.

**Nr. 1485.**  
Statio Docentis  
in Bottfalu  
vacat.

Recursus debite instructi Martino Kiska Parocho Miaväensi, vices infirmi scholarum Inspectoris obeunti inscribantur et exhibeantur. Strigonii die 3-a Maii 1861.

**Nr. 1506.**

Tam in Collegio Pazmaniano Viennensi, quam in Seminario ad S. Stephanum Strigoniensi munus Spiritualis Directoris in vacantiam recidit. Notum hoc Vo- bis reddo cum eo, ut, siqui alterutram stationem obtinere cuperetis, recursus usque finem mensis Maii mihi exhibeatis.

Stationes Spiritu-  
alium Viennae et  
Strigonii vacant.

Pro directione autem adnoto, utriusque Seminarii hujus Directori Spirituali praeter generalem Alumnos in Spiritualibus manuducendi obligationem incumbere: binis per annum vicibus Clero iuniori tridua Exercitia Spiritualia asservare, — matutinis pariter ac vespertinis communibus precibus intervenire, et post matutinas quidem preces meditationem sacram, quae diligenter pro singula die elaboranda et chartae mandanda est, per horae quadrantem instituere, post vespertinas autem materiam meditationis pro sequenti die assignare. Spiritualis Director Seminarii Strigoniensis insuper Exercitia spiritualia Ordinandorum toties, quoties ordinatio fit, asservanda habet. Budae die 29-a Aprilis 1861.

**Nr. 1714.**

Per promotionem Antonii Szántófy, Praepositi, VADiaconi, Parochi Pestinensis ad Assumtam in Coelos B. M. V. in Canonicum M. E. Strig. nunc dictum Beneficium Parochiale in canonicam vacantiam recidit. Qui pro eo recurrere desiderabunt, recursus Magistratui civico Pestinensi inscriptos usque 10-am affuturi mensis Junii isthuc exhibendos habebunt. Strigonii die 6-a Maii 1861.

Pestinense ad B.  
M. V. Assumtam  
Parochiale Bene-  
ficium vacat.

**Nr. 1731.**

Siquidem in aliquibus locis evenerit, quod a Parochis Patronatus fundorum Religionis, et Studiorum quaequam taxae, in obversum praevigentis hoc in merito normae de Anno 1811. desumptae fuerint, financialis Directio eo inviata existit: ut indebite desumptas huiusmodi taxas concernentibus compensari faciat. Dispositionem hanc nexu Rescripti r. Locumtenentiae hungaricae ddo 17. Aprilis a. c. Nro. 19123. ad notitiam Vestram hisce perfero. Strigonii 6-ta Maii 1861.

Taxae a Parochis  
fundi Relig. et  
Studiorum, occa-  
sione nominatio-  
nis indebite de-  
sumptae, restituen-  
tur.

benevolus

*Joannuelard H. Episcopus*

## Venerabili Clero Archi-Dioecesis Nostrae Strigoniensis Salutem in Domino et paternam Benedictionem!

**Pro vacante nexu translationis Andreae Gyurcsék ad Apaj Beneficio Oszuszkóensi, liberae Ordinarii collationi obnoxio, hisce Concursum exscribo ita, ut, qui pro illo recurrere voluerint, recursus suos usque 25-am Julii mihi exhibeant. Budae die 18-a Junii 1861.**

**Nr. 2244.**  
Beneficium  
Oszuszkó vacat.

**Pro filiali hac labii hungarici Docentis una Cantoris statione Concursum in 1-am Augusti a. curr. annunciatum. Emolumenta eiusdem consistunt in duobus agrorum iugeris, quae peracta terreni commassatione in mediam sessionem exerescent; in 90 metretis pos. siliginis; duobus curribus pabuli; duabus lignorum orgiis, quarum totidem pro calefactione conclavis scholaris obtingunt; 8 fnis pro institutione prolitum; 6 fnis titulo lecticalis praestationis et incirca 7 fnis titulo stolae. Habitaculum uno cubili, culina, camera et stabulo constat, domuique hortus 1/2 metr. pos. capax adiacet. Recursus rite instructi districtuali scholarum Inspectori et VADiacono Antonio Perkinkó, Parocho in Zsély, inscribantur et ad praedicatum terminum exhibeantur. Budae die 28-a Junii 1861.**

**Nr. 2407.**  
Statio Docentis in  
Csálár vacat.

**Examen habilitationis, orale non minus ac scriptorium, in Praeparandiae Institutis, intra gremium Archi-Dioeceseos meae existentibus, mense currenti, et quidem in Praeparandia Strigoniensi diebus 23-a et sequentibus, in Tirnaviensi vero 16-a et 17-a eiusdem asservabitur. Id quod Docentibus subdocentibus item Vestris, testimonio habilitatis vel plane non, vel insufficiente duntaxat provisus, ad notitiam eo addito perferatis, ut illi quidem, si adminiculo testimonii in examine hoc reportandi melioribus stationibus subin admoveri, hi vero ordinarium docendi munus consequi cuperent, pro dicto examine rite subeundo, et quidem inscriptionis causa jam pridie, coram concernente Praeparandiae Directione semet sistere noverint. Strigonii die 2-a Julii 1861.**

**Nr. 2419.**  
Examen adpro-  
batorium pro In-  
dividuis docen-  
tibus.

**Michäele Schwendtner Parocho adusque Bácsaensi ad Parochiam Pestinensem B. M. V. in Coelos Assumptae promotus, quod tenuit Bácsaense Beneficium canonicè vacat. Pro exhibendis recursibus terminus ultimae curr. mensis diei praefigitur. Strigonii die 6-a Julii 1861.**

**Nr. 2477.**  
Bácsaense Benefi-  
cium vacat.

**Cordiali mihi est gaudione pensionale Docentium Institutum benevolis oblati et annuis Docentium symbolis a triennio collectis, ad consistentiam adductum esse ita, ut dato iteratim promisso conformiter, pensiones et subsidia iam pro primo currentis anni semestri e fundo ejusdem assignari possint. Sit eapropter benedictus Deus, qui mihi et singulis illis, quiqui obulo suo ad praevium finem concurrerunt, largam tribuit consolationem, quod charitativo idmodi succursu egentibus praestito complurium Docentum, viduarum et orphanorum miserandam sortem jam nunc multum sane alleviare, reliquos vero consodales ipsorum ad spem tranquillioris senectae vel opportuni succursus erigere licuerit.**

**Nr. 2488.**  
Pensiones et sub-  
sidia Docentibus  
resolvuntur. Nor-  
ma idmodi benefi-  
cii in posterum  
expetendi.

**Capitale praevio fine conflatum hodie 20. fl. v. a. millia aliquantum excedit, cujus census in sensu circularium literarum, signanter sub 11-a Nov. anni praet. Nro. 4344. editarum, ex toto in distributiones pensionum, subsidia item et erogationes, in administratione fundi pensionalis occursuras convertetur.**

**Annua pensio pro ratione classis, cui recurrentes inserti sunt, in sensu statutorum hujus Instituti, pro triennio abs me stabilita est ita, ut individuis primae symbolarum classi insertis 100. fl., secundae classis 80. fl., tertiae denique 60. fl. annue obtingant.**

**Ex adusque recurrentibus, habita peculiari qualificationis ipsorum ratione, e fundo hoc pensionali participes facti sunt:**

a) Ignatius Fillo, emeritus Docens in possessione Révfalu ad Vágujhely affiliata, cum annuis 80. fl. v. a. titulo pensionis classi secundae, cui inscriptus fuit, correspondentis.

b) Josephus Bartl, veteranus 85. annorum Docens in Eözdöghe, cum pensione annua 60. fl. 3-iae classi obtingente.

c) Josephus Theray, scholae Rahrbachensis Provisor, cum 60. fl. v. a. classi 3-iae obvenientibus, titulo subsidii pro curanda valetudine resolutis.

d) Joannes Rajcsányi Docens actualis in Vajk cum annuis 20. fl. titulo subventionis assignatis.

e) Helena Kollár Andreae condam Király, Docentis in Szent-Lélek vidua, cum annuis 40. fl., ceu dimidio pensionis, marito, si viveret, obventurae. Denique

f) Anna Prajzler, Joannis condam Gálik Docentis in Szalka relicta vidua, cum aequae 40 fl. v. a. titulo pensionis, item 20. fl. annuis titulo succursus pro duobus ejusdem minorennibus prolibus abs me resoluti.

Ex occasione quaestionis ratione succursus orphanis prolibus singillative, in qua summa praestandi? usque decennium 10. fl. v. a. ultra illud vero, signanter apud pueros usque 16-um, apud puellas vero 14-um aetatis annum 15. finos annuos stabilivi.

Praeter enumeratos, qui beneficii pensionis aut subsidii participes effecti sunt, plures adhuc recurrentes, si digni adinventi fuerint, voti abs me damnabuntur. Quo tamen negotium isthoc in futurum exactius et magis ex ordine pertractari possit, laborque concernentibus multum facilitetur, tabella adparabitur, cujus rubricis omnes qualificationis notae, pro pensione aut subsidio impetrando requisitae inserentur. Tabellis talismodi, hinc ad districtuales VADiaconos, dum paratae fuerint, transponendis, in vernali Congregatione quotannis recurrentes pro pensione vel subsidio secundum rubricas inscribentur, eadem per VADiaconum et aliquot Docentes subscribentur et Ordinariatui praesentabuntur.

Quia tamen supponere licet, esse adhuc aliquos, qui pensione digni essent, adhuc semel (quod amplius non fiet) provocantur VADiaconi, ut talismodi Individua insinuentur, notando eorundem aetatem, servitii annos, ad serviendum insufficientiam, defectum omnis provisionis, proles minorenes cum sexu et aetate, subnectendo suam, Districtus et aliquot Docentum subscriptionem; et hoc quidem usque festum S. Michaelis inomisse. Imo, si nullus pro pensione aut subsidio semet insinuaret, idipsum quoque cum dicto termino notificent. Strigonii die 5-a Julii 1861.

benevolus

Joannuelard H. E. H. H.

Venerabili Clero Archi-Dioecesis Nostrae Strigoniensis  
Salutem in Domino et paternam Benedictionem!

Concursus pro vacante in Sz. Lélek et Lamacs labii slavici, in Gyermel vero labii hungarici Docentis una Cantoris statione in 19-am affuturi mensis Augusti praesentibus defigitur.

{2538.  
Nr. } 2561.  
{2564.

Docentis in Sz.  
Lélek, Lamacs et Gyermel stationes publicantur.

Emolumenta prioris consistunt in  $\frac{1}{4}$  sessionis localis, quam Communitas cultivat; 14. metretis pos. siliginis titulo lecticalis praestationis; 12. fnis M. Conv. a Communitate; 10. lignorum orgiis a Dominio; e didactro incirca 4. fnis; habet insuper ius liberae pascuationis. Habitatio commoda est.

Proventus stationis in Lamacs sunt: agri 12. metr. et prata trium falcastrorum, quorum cultivationis titulo a Communitate 13 fni penduntur; 12. metretae siliginis; unus manipulus a singula domo;  $2\frac{1}{2}$ . urnae musti e collectione; 6. orgiae ligni fagini a Patronatu; 40 fni titulo didactri a Communitate; 12 fni titulo adiutae e fundatione Makkiana; incirca 20 fni titulo stolae. Calefactio scholae per Communitatem providetur. Habitaculum cubili, culina, camera et stabulo pro tribus vaccis, quae libere pascuntur, constat, domuique hortulus  $\frac{1}{2}$  metr. pos. capax adiacet.

Reditus denique stationis Gyermelensis absolvuntur 18. iugeris terrae arabilis; 10. iugerorum prato; canabeto org. quadr. 613., cauleto item 142. org. Tenuta haec Docens suis sumtibus cultivat. Porro 16. metr. pos. mixti; 8 lignorum orgiis serratis a Dominio; 18 fnis 40 xris MConv. titulo salarii a Communitate; 27 fnis 54 xris pro sedula prolium institutione et e fundationibus; 13 fnis 30 xris ex offertoriis et stola. Pascuatio ad ratam duorum iugerorum libera est. Habitaculum tribus cubilibus, stola, culina, camera, stabulo, cellario, curruli, area trituratoria et fundo postdomali constat.

Recursus debite instructi concernentibus scholarum Inspectoribus, utpote: Ord. VADno Strigoniensi Josepho Alex. Üрге, Parocho in Nyergesujfalu; VADno et Parocho Stomffaensi Nicolao Teóreós, nec non surr. VADno et Parocho Bajóthensi Rudolpho Simonyi inscribantur et exhibeantur. Strigonii die 10-a Julii 1861.

benevolus

Joannuelard Egerm

## Venerabili Clero Archi-Dioecesis Nostrae Strigoniensis Salutem in Domino et paternam Benedictionem!

Nr. 2765.

Interpellatus in eo, ut pericopas Evangeliorum S. Quadragesimae, sub Missae Sacrificio legi solitas edendas disponerem: praesentibus Vobis significo, quod hujusmodi pericoparum, per Josephum Horth VADiaconum Parochum Kátlóczensem editarum exempla venalia habeantur in Conventu PP. Franciscanorum Tirnaviensi. Singulo exemplari ab initio imago, ad finem Passio Domini adnexa habetur. Exemplar tale in pelle compactum venit 70. non compactum 40. xr. v. a. Distinctim haberi potest Passio Domini non compacta 4. — compacta 10 xr. v. a. Qui igitur sive pericopas sive Passionem Domini distinctim desiderarent, convertant se ad Superiorem dicti Conventus. Strigonii, die 28-a Julii 1861.

Nr. 2840.

Paradigmata precum variarum, scopo obtinendae in peculiaribus devotionibus per Archi-Dioecesim hanc uniformitatis, statutis Synodi Dioecesanæ subnexa, in sequelam manifestati a compluribus Districtibus VADiaconalibus desiderii distinctim pro usu etiam fidelis populi, omnibus tribus linguis, quae intra ambitum Archi-Dioeceseos vigent, et quidem hungarica in exemplis sex mille, slavica in exemplis quatuor mille, demum germanica in exemplis bismille imprimi curavi.

Unum exemplum, iam compactum, a 5. xr. v. a. haberi potest.

Provoco itaque Vos, ut idipsum fidelibus vestris notum reddatis, tum vero via respectivorum VADiaconorum usque 15-am affuturi mensis Septembris diem Cancellariae meae Primatiali penes transpositionem obvenientis pretii insinuetis: quot numero, et cujus linguae exempla quis vestrum pro parte suorum fidelium sibi submitti cupiat? Strigonii, die 4-ta Augusti 1861.

Nr. 2759.

Die 25-a curr. pie in Domino defuncti Joannis Finka, Parochi Jászfalfvensis animam solitis precibus et suffragiis devovendo: simul pro vacante hoc Beneficio concursum, usque 15-am affuturi mensis Septembris diem duraturum, hisce exscribo. Strigonii die 27-a Julii 1861.

benevolus

Joannuelard Finka

Venerabili Clero Archi-Dioecesis Nostrae Strigoniensis  
Salutem in Domino et paternam Benedictionem!

Nr. 2897.

Excelsum R. L. H. Consilium, edita ddto 16-ae Julii anni curr. Nr. 34225. resolutione, normam qualiter petendae abhinc redintegrationis Congruae, per contributionis solutionem infra normalem statum depressae, ut tota procedura in hoc negotio faciliior et simpliciior reddatur, stabiliendo, sequentem rubricatam formulam edidit:

Normativum petendae redintegrationis Congruae.

**K i m u t a t á s a**

azon földadó- és adópótlékoknak, melyeket az alább nevezett plebános esztergomi főegyházi megyében létező plebánia-illeték földjeitől fizetett:

Megnevezése a		katonai év	föld- adó		h a d i		földteher- mentesi- sitési		országos vagy megyei		Összesen:		Észrevételek.
plebá- niának	plebá- nosnak		p ó t l é k										
			o s z t r á k				é r t é k b e n						
		ft.   kr.		ft.   kr.		ft.   kr.		ft.   kr.		ft.   kr.			

Hogy a nevezett plebános az érintett idő alatt hivataloskodott, megismeri

A fizetett adómennyiséget hitelesíti

Kelt .....

N. N.  
alesperes

Kelt .....

N. N.  
helybeli vagy adószedő jegyző

Qui ergo e Vobis jure gaudent redintegrationem suae Congruae sollicitandi, normae huic conformiter rubricatam deductionem solutae contributionis per notarium loci, aut perceptoratus Officium contrasignatam, concernenti Officio VADiaconali sine omni repercursu usque finem Novembris cujusvis anni exhibeant, VADiaconi districtuales dein facta eatenus, quod respectivus Curatus indicato tempore in possessione Beneficii fuerit, subsignatione, idmodi deductiones horsum transponant, abhinc Excelso Officio Locumtenentiale exhibendas. Strigonii die 13-tia Augusti 1861.

Nr. 2978.

Consilium regium Locumtenentiale hungaricum ope Rescripti sub 6-a curr. Nr. 44630. ad me directi et nexu benigni Rescripti aulici ddto 2-dae ejusdem Nr. 10871. editi urgenter me requirit in eo, ut consignationem Directorum et Docentum in scholis elementaribus et inferioribus realibus, intra ambitum ADioecesos meae existentibus adusque fungentium et linguae hungaricae ignarorum indilate exhiberem. Quare consignationem hanc, quae Docentum cognomen, patriam, aetatem, habilitatem, adplicationis loca, postremam provisionem pecuniariam et accidentias in summa, denique linguarum notitiam clare contineat, a parte scholarum Inspectorum sine mora praestandam opperior. Strigonii, die 15-a Augusti 1861.

Directores et Docentes labii non hungarici indicentur.

Nr. 2983.

Concursus pro vacante hacce labii hungarici Docentis una Cantoris statione in 24-am affuturi mensis Septembris praesentibus defigitur. Emolumenta ejusdem consistunt in 110. metr. poson. tritici mixti et 15. fnis v. austr. titulo lecticalis; 63. fnis titulo institutionis prolium; 10. orgiis ligni quercini; tribus curribus foeni; 105. manipulis canabum; 25. fnis e stola, et exiguo cauleto. Habitaculum commodum est, eique hortulus adiacet.

Statio Docentis in Felső-Ludány vacat.

Recursus debite instructi scholarum Inspectori Districtus Szécsényensis Paulo Glacsz, VADno et Parocho locali inscribantur et ad praedictum terminum exhibeantur. Strigonii, die 16-a Augusti 1861.

**Nr. 3071.**

Juvenes secundam statuendorum classem nondum egressi ad matrimonium non admittendi.

In sequelam iteratae provocationis R. L. H. Consilii sicut ad reliquos Ordinariatus, ita ad me etiam directae, reintimare Vobis necessitor: juvenes, qui secundam pro milite statuendorum classem egressi nondum sunt, absque speciali indultu civilis potestatis, civiliter quoque licitum Matrimonium inire non posse; indultum hunc in sensu novissimi Rescripti ab antelato Dicasterio sub 3-tia Julii anni curr. Nr. 36899. emanati, in Civitatibus regni ad jurisdictionem civicam, extra autem illas ad jurisdictionem Comitatus elargiri pertinet. Strigonii die 26. Augusti 1861.

**Nr. 3080.**

„Liturgia Sacra“ auctore Carolo Kozma, commendatur.

Auctore Carolo Kozma, ADioecesis Agriensis presbytero, vulgatur opus sub titulo: „Liturgia Sacra catholica“ destinatum iis, qui sacrorum Ecclesiae catholicae rituum origines, causas, significationes, totiusque Liturgiae spiritum cognoscere desiderant; usibus proinde sacrorum Curionum quam maxime accommodum. Uti advoluta subscriptionalis philyra indicat, comparari potest apud auctorem pretio 2. fl. v. a. Commendo illud, prout meretur, benevolae reflexioni Vestrae. Strigonii, die 26-ta Augusti 1861.

**Nr. 3008.**

Könözsy Georgius obiit.

Georgii Könözsy, Parochi Csábensis, die 14-a curr. m. post suscepta moribundorum Sacramenta, anno aetatis 63. pie in Domino defuncti animam consuetis piis suffragiis commendando: pro vacante taliter Beneficio Csábensi terminum exhibendorum, Patronatui inscribendorum recursuum ultimam affuturi mensis Septembris diem praestituo. Budaë, die 19-a Augusti 1861.

benevolus

*Joannuelard H. Eptm*

Venerabili Clero Archi-Dioecesis Nostrae Strigoniensis  
Salutem in Domino et paternam Benedictionem!

Datam fidem exsolvo, dum Vobis, utut ob interventos obices tantisper tardius ac cupivissem, precum, appendici actorum Synodi Dioecesanæ sub Nr. I. insertarum Tabellas, pro numero Ecclesiarum cuiusvis VADiaconalis Districtus, penes praesentes . . . transpono: ut illas e cassa Ecclesiae lista et vitro providendas, non tantum in Sacristia, super flexorio appendi faciatis, sed et contentas illis preces, ante et post celebrationem sacro-sancti Missae Sacrificii, — item ante collationem Sacramentorum, aliarumque sacrarum functionum persolutionem sedulo, pie, ac devote recitetis, quo sic et Vos ipsi peragenda sacrae functionis sensu imbuamini, et fideles Vestros, hac Vestra pietate ad reverentiam Sacramentorum et sacras functiones inflammetis.

Nr. 3210.  
Tabellae precum  
dimittuntur.

Dum autem hac ratione unius e salutaribus praeaudatae Synodi constitutionibus implementum promovere gestio, non possum non hac etiam vice Vobis impensius commendare: ut et reliqua eiusdem Synodi statuta conscientiose et fideliter exequi, atque ad vitam et praxim deducere omni virium contentione adnitamini. Strigonii, die 4-ta Septembris 1861.

Concursus pro Docentis et Cantoris labii hungarici statione, in possessione Duna-Ujfalú, ad Parochiam Comaromiensem affiliata vacante, in 8-am Octobris a. curr. pro illa vero in Eberhard, filiali ad Fél, neoerecta in 16-am ejusdem mensis praesentibus defigitur.

Nr. { 3221.  
3325.

Statio Docentis  
in Duna-Ujfa-  
lu et Eberhard  
vacans est.

Emolumenta prioris consistunt in fundo extravillano 18. iugerorum in uno terrae frusto, cuius dimidia pars in agros arabiles converti, residuum vero prati et pascui instar usuari potest. Tria exhinc iugera fimare, subarare et semine per Docentem suppeditato inseminare Communitas tenetur. Porro in 60. fascibus arundinis qualitatis melioris, 90. vero vilioris; in 22. metretis tritici a parte colonorum, 2½. metr. pos. ab inquilinis dependi solitis; 11. fñis 12. xris v. austr. in aere parato; titulo didactri pro quadrante anni a singula prole scholari, quales 35—40 numerantur, 20. xri val. austr. et libo panis iustae magnitudinis obtingit; denique titulo stolarum 4—6 fñi val. austr. calculari possunt. Habitaculum cubili sat amplo, culina, camera, stabulo pro tribus vaccis absolvitur, domuique hortulus adiacet.

Reditus posterioris efficit fructus agrorum 2¾ iug. capacium; 12 metr. tritici et totidem siliginis; 300 fasces lignorum focalium; 100 fñi val. a. titulo institutionis prolium, quae omnia Communitas dependit; porro 12 metr. fagopyri; 20 metr. cyclaminum; 300. fasces lignorum focalium: 10 centenarii straminis autumnalis, totidem et vernalis; 50 denique fñi in aere parato, quae Dominium terrestre praestat. De conclavis scholaris calefactione Communitas iunctim cum Dominio terrestri providet. Habitaculum uno cubili, dispensa, stabulo et horto postdomali constat.

Recursus probe instructi districtuali scholarum Inspectori, Praeposito, VADiacono et Parocho Comaromiensi Michæli Paunácz, item Andreae Kollárik, VADno Sarmariensi et Parocho in Csütörtök inscribantur et ad praememoratum terminum exhibeantur. Id quod docentibus Individuis curae Vestrae subiectis congrue notificetis. Strigonii, die 13-a Septembris 1861.

benevolus

Joannuelard H. E. H. H.



## Status Catholicorum Londini.

Londinum, Civitas Europae maxima, per 10 milliaria anglica in longum ac latum, duo quippe milliaria germanica quadrata, extenditur, numeratque 2 miliones et octo millia habitantium, qui maxima parte protestantes, in 26 diversas sectas divisi, insimul 1200 Ecclesias habent.

Quantum autem ad Catholicos, Civitas Londinensis in duas Dioeceses divisa est. In dextera parte fluminis Thamisiae, quae Civitatem interfluit, est Dioecesis Southwork, cujus Episcopus Grant Cathedralem Divo Georgio dicatam habet. In sinistra parte fluminis sitam Archidioecesim Westminster Eminentissimus Cardinalis Wiseman gubernat, qui nullam Cathedralem, sed ejus loco medioerem tantummodo Ecclesiam, dimidium milliare germanicum a sua habitatione distantem habet.

Catholici indigenae, qui usque ad annum 1829. persecutioni et oppressioni subjecti fuere, nunc autem tantummodo tolerati sunt, Londini unam solum Ecclesiam majorem, nempe supradictam Cathedralem, 8 medioeres et nonnullas parvas Capellas habent, quas magnis sacrificiis, et sine ullo, vel minimo juvamine Gubernii erexerunt; quaeque idcirco ingenti numero 190.000 Catholicorum indigenarum, Londini degentium prorsus non sufficiunt, ita ut in pluribus dictarum Capellarum unus e Capellanis, iisdem addictis, duas Missas celebrare debeat, ut vel aliquantulum tantae necessitati obvietur.

Vivunt autem Londini praeter supradictos Catholicos indigenas circiter 40 millia Catholicorum advenarum ex omnibus nationibus, qui adhuc pejori conditione positi, ne dicam in evidentissimo periculo negligendi religionem et amittendi fidem derelicti sunt, eo quod aut nullas, aut angustissimas aut vero nimis distantes nationales Ecclesias habeant, et ideo rarissime aut nunquam presbyteros suae nationis habere possint, qui illis verbum Dei annuncient, eorum confessiones audiant lingua patria, illis in periculo mortis assistant, proles erudiant, aliisque eorum spiritualibus necessitatibus subveniant.

Verum quidem est, quod saltem pro Missa diebus dominicis et festivis audienda, advenae in Capellas indigenarum se conferre possent, obest nihilominus difficultas, quod e more loci Ecclesias aut Capellas indigenarum nemini ingredi liceat, nisi pro Presbyterorum provisione, sartis tectis Ecclesiae, caeterisque cultus divini expensis, solvat unaquaque vice unum schelling ( $\frac{1}{2}$  fl.), vel aliquid minus secundum diversum, quem quis occupare intendit locum, aut nisi pauperibus commiseri velit qui locum angustum in atrio Ecclesiae et infra chorum assignatum habent. Quo fit, ut plurimi advenarum, aut solvendo impares, aux mori huic, quem licet a necessitate imperatum, nimis arduum et indignum reputant, semet accomodare recusantes, Ecclesias prorsus non frequentent.

Ut itaque in his difficillimis rerum adjunctis bono spirituali Catholicorum advenarum Londini degentium consulatur, initum fuit pluribus abhinc annis consilium aedificandae Ecclesiae majoris in centro Civitatis, tanquam loco omnibus undique facilius accessibili, ubi essent Presbyteri de diversis nationibus, qui possint alternatim diversis linguis ad concionem dicere, confessiones excipere, et aliis fidelium necessitatibus subvenire.

Sed complendo tali tantaeque magnitudinis operi Londini, ubi omnia carissimo pretio sunt, deficiunt facultates Catholicos Londinum incolentes, qui, paucissimis exceptis, duro manuum labore vitam aegre sustentant, aut plane pauperes sunt, inter illos enim 130,000 Hibernorum numerantur, quorum pauperies in proverbium abiit. Ettamen omnes alioquin praegravati sunt innumeris et continuis solutionibus pro minoribus Capellis aliis de novo erigendis, antiquis vero ob aëris, edaci fumo impregnati, injuriam continuo restaurandis, pro conservandis scholis, xenodochiis et orphanotrophiis, plurimisque aliis piis institutis, porro pro sustentatione magistrorum, et 120 Presbyterorum saecularis regularisque cleri, quae omnia privatis oblationibus fidelium provideri debent, quum fere nullae dotationes aut fundationes adsint, nihil omnino recipiatur a protestantibus Anglis, Gubernium vero Catholicis nihil, nisi pro paucissimis aliquot elementaribus scholis tenuissimum subsidium tribuat.

Ideirco necesse fuit appellare charitatem fidelium universi Orbis Catholici. Nec defuit appellationi huic inexhausta eorum charitas, factis enim septem abhinc annis recentiusque collectis in Italia, in Imperio Austriaco, in quibusdam solum partibus Inclytorum Regnorum Hungariae et Poloniae, in Archiducatu Posnaniensi, in Silesia Borussica, aliisque locis, centum millibus florenorum plus jam collectum est, quorum 70 millia conversa sunt ad fundi seu terrae proprietatem in centro Civitatis Londinensis acquirendam, superatis utique plurimis difficultatibus, quas ibidem in negotio emendae majoris proprietatis incurrere quemvis oportet, eo quod Londini vix aliqui fundi libere in perpetuum vendi possint, maxima vero parte fideicommissa nobilium familiarum constituentes, eos ultra 99 annos alienare non liceat. Quae difficultates eo magis augentur, si acquirendus fundus aedificandae Ecclesiae Catholicae inserviturus sit, quoniam id Protestantes in Anglia semper et omni modo impedire conantur.

Et revera, emtione supradicti fundi vix peracta, senatus concernentis Districtus convenit, ut de impedimentis struendae Ecclesiae ponendis consilia ineat, repetitisque conatibus effecit, ut a Magistratu superiori obtineret transitum publicum aperiri per medium fundum. Qui conatus, quamvis per sex annos prosecutionem operis retardassent, eam nihilominus impedire non potuerunt, nam, Deo melius disponente, Protestans quidam ditissimus, qui domus praedictae terrae contiguas habebat, compassione ductus, illarum 5 permutationis modo cessit, ut pars fundi rescissa in aream 80 pedes latam, 200 que pedes longam et hac ratione aedificandae Ecclesiae accommodam augeatur, prope quam sufficiens locus pro domo Presbyterorum et schola superest: ita ut nunc nulla difficultas praeter insufficientiam pecuniae complendo operi obsit; sed charitas christianorum non est exstincta, et posteaquam tot difficultates superatae sunt, Deo adjuvante, superabitur et ista.

Hoc opus, ad salvanda centena millia animarum susceptum, tulit non solum plenam approbationem et sanctionem Eminentissimi Cardinalis Nicolai Wiseman et Eminentissimi Cardinalis Praefecti de Propaganda Fide Alexandri Barnabò, sed regnantis etiam Summi Pontificis Pii IX. qui coadjuvantibus specialem benedictionem impertitus indulgentias concessit, desiderans ut Ecclesia, stylo Romanarum Basilicarum constructa, Divo Petro dedicaretur: prosecutionem vero operis commisit Piae Societati Missionariorum recenter fundatae a Servo Dei Vincentio Pallotti, quae maternam domum Romae ad Ecclesiam SS. Salvatoris in Unda prope pontem Sixtum habet.

Quae Pia Societas, ut pietatem fidelium in adjuvando hoc opere sibi commissio magis magisque excitet, non solum intendit benefactores participes reddere omnium orationum et bonorum operum, quae in illa Pia Societate fiunt, sed etiam Missas celebrandas instituet pro illorum bono spirituali. Pro illis vero Christifidelibus, qui unum florenum tribuent, supradicta Pia Societas spondit Missam hebdomadalem celebrandam vel in Basilica Divi Petri Romae, vel in aliqua alia Ecclesia, a prima hebdomada proximi Januarii 1862, usque dum dicta nova Ecclesia publico cultui divino aperietur: a primo autem die, quo Londini aperta fuerit nova haec Ecclesia Divi Petri, spondet insuper aliam Missam hebdomadalem celebrari facere in eadem nova Ecclesia decursu 100 annorum, considerans eos tamquam hujus foundationis institutores.

Vindobonae die 12<sup>a</sup> Octobris 1861.

**Josephus Faa** ex Marchionibus **Bruni** Piae Societatis Missionariorum SS. Th. Dr. natione italus Miss. Apost. in Anglia, deputatus ab Eminent<sup>iss</sup> Cardinalibus Wiseman et Barnabò ad collectas faciendas pro erigenda nova Ecclesia Divi Petri Londini.

Qui enixe et humillime se commendat A. RR. DD. Parochis et aliis Presbyteris, in quorum manus istud exemplar contigerit pervenire, illosque demisse rogat ut cum collecta pro supradicta Ecclesia a respectivis VV. Ordinariis injuncta fuerit, aliqua de supra allatis circumstantiis populo referre et illum ad hoc opus pro viribus adjuvandum movere dignentur.

Venerabili Clero Archi-Dioecesis Nostrae Strigoniensis  
Salutem in Domino et paternam Benedictionem!

**Nr. 3395.**  
Omnis ratione librorum scholarum innovatio vetatur.

Observato eo, quod novissimo tempore libri scholastici diversi generis, cum primis vero elementares, typis procudantur et usibus scholarum etiam commendantur; posteaquam librorum idmodi editio ut plurimum questus rationem praeseferret, nec etiam ex obtutu systemisandae et superinspiciendae institutionis scholaris varietas, in libris scholasticis exinde necessario emersura, si sive Directores sive Docentes diversorum auctorum libros arbitrarie adoptaverint, admitti oppido possit: Consilium regium Locumtenentiale hungaricum ope Intimati sub 21-a Sept. a. curr. Nr. 55028. ad me directi, habito etiam ad privilegium regiae Typographiae Universitatis hungaricae ddo 7-ae Maii a. curr. clementer restitutum debito respectu, Directores et Docentes scholarum elementarium eo in viat, ut, exceptis libris religiosi argumenti, signanter: catechismis et historia biblica, utpote de quibus providere ad partes Ordinariariorum pertinet, ab omni prorsus aliorum librorum scholasticorum acceptatione eousque, donec desuper positivi altiores ordines emanaverint, sub gravi responsionis, quin imo etiam reparationis damni, ex inobservantia dispositionis huius in alios nefors dimatur, onere abstineant. Id quod Curatis, qua scholarum Directoribus, nec non Donatibus pro stricta observantia hisce notum reddo. Strigonii die 2-a Octobris 1861.

**Nr. 3483.**  
Quipiam a docendo arcetur.

Josephus Zürkl, Holeschovia (in Moravia) oriundus, annorum 21. rom. catholicus, antehac in Jamnitz, itidem Moraviae loco, per triennium subdocens, postremo in Malaczka in eadem adplicatione a mense Novembri 1860-i usque dimidium mensis Augusti a. curr. commoratus, aere alieno nimium gravatus, acceptis mutuo vestibus se subduxit. Quare eundem nullo sub praetextu muneri docendi admotum vendum, quin potius, ubi occurrerit, Officio Judium Malaczkaensi tradendum hisce Vobis committo. Strigonii die 4-a Octobris 1861.

**Nr. 3521.**  
„Magyar egyházi szónok“ fasciculi commendantur.

Aloysius Garay, Dioecesis Quinque-Ecclesiensis Sacerdos, in sphaera literaturae politico-ecclesiae quam optime notus, sub titulo „Magyar egyházi szónok“ edere parat collectionem sermonum sacrorum in fasciculis menstruis, cuiusmodi literarii sui moliminis uberiores descriptionem exhibet advoluta sub .|. annunciatio, qua simul praenumerationis condiciones et modus exponuntur.

Molimen hoc satis semet commendat utilissimo suo scopo pariter ac nomine auctoris, ut adeo opus non sit illud benevolentiae Vestrae pluribus commendare. Spero, quod pro noto Vestro in studia literarum et artium amore, praeallatum molimen alacri animo, liberaliterque succollaturi sitis; quod ipsum praesentibus commendatum Vobis volui. Strigonii die 4-a Octobris 1861.

**Nr. 3529.**  
Relationes quae-piam urgentur.

Consignationes conversionum et apostasiarum, quae currente mense exhiberi debent, usque finem huius mensis in omnis exhibeatis. Non absimiliter illi Districtus, qui tabellas pro Schematismo inservientes hucadusque non exhibuerunt, tales absque mora ad Cancellariam meam transponant. Strigonii die 5-a Octobris 1861.

**Nr. 3414.**  
Bachta, Miskolczy, Kárász, Szabó Franciscus obiit.

Currentis mensis 7-a Joannes Bachta Parochus Récsensis, Carolo-Badenis — 15-ta Martinus Miskolczy VADiaconus emer. et Parochus Érsekújvárensis, — 18-a Ignatius Kárász Cooperator Patakensis, demum die 28-a Franciscus Szabó emer. VADiac. et Parochus N.-Sallóensis, post suscepta moribundorum Sacramenta, pie in Domino obierunt. — Dum itaque animas eorum solitis suffragiis devoverem, simul pro vacantibus parochialibus Beneficiis Récsensi et Érsekújvárensi Concursum usque ultimam proxime affuturi mensis Octobris diem duraturum hisce exscribo. Strigonii die 20-a Septembris 1861.

benevolus

Joannulard Eptm

## Venerabili Clero Archi-Dioecesis Nostrae Strigoniensis Salutem in Domino et paternam Benedictionem!

**Nr. 3598.**  
Andreas Radlinsky, ADioecesis Strigoniensis Presbyter, Parochus Kutiensis, editi abs se sub titulo „Mennyei hangok“ libri precatorii exempla, quae adhuc su-  
persunt, notabiliter depresso pretio distrahit, prout id cognoscere licet ex tenoribus „Mennyei hangok“ liber precatorius depresso pretio acquiribilis.  
advolutae sub ./. annunciationis. Liber hic, verum promptuarium precum, hymnorum sacrorum et expositionum liturgicarum, triennali usu, publicisque encomiis probatus, tam Cleri, quam et fidelium attentionem plurimum meretur. Facilitatur autem acquisitio illius notabiliter depresso pretio, ut adeo ipsi etiam fideles, leviora pretia quaerentes, comparare sibi illum possint. Dum ergo Vobis illum commendo, una provocandos Vos censui, ut eum fidelibus quoque Vestris opportune commendetis. Exemplaria comparari possunt apud auctorem in Kuti, ultima posta Sasvár. Strigonii die 10. Octobris 1861.

**Nr. 3815.**  
Joanne Bartek, Parocho S. Georgiensi, resignato Beneficio, cum 1-a Novembris a. c. ad statum quietis recedente; item Andrea Gyurcssek ad Tepläense Beneficium translato, S. Georgiense et Apajense Beneficium canonice vacat. — Pro exhibendis ad effectum impetrandorum taliter vacantium Beneficiorum Patronatui inscriptis recursibus, diem ultimam affuturi mensis Novembris, ceu praeclusi terminum hisce defigo. Strigonii die 24-a Octobris 1861.  
S. Georgiense et Apajense Benef. vacant.

**Nr. 3823.**  
Complurium Districtuum Docentes partim ope protocolli couferentiae, partim via praeordinatorum suorum, desiderium in eo expresserunt, quod intuitu pensorum ad fundum pensionalem persolutorum quietantia mediante certificari cuperent. Justo idmodi desiderio, ad compendiandum laborem, cum quietantiis distinctim exarandis secus praesuscependum, §. 33-o statutorum Instituti pensionalis congrue provisum est per id, quod consignatio pensorum, scholarum Inspectoribus in autumnali congregatione immanuandorum, in duplici exemplari Officio huic dioecesano exhiberi iubeatur, quorum unum, facta hic de pensis rite perceptis subsignatione, exhibenti scholarum Inspectori abhinc remittitur, pro legitimatione praestitae a Docentibus solutionis, et rite perceptorum in dioecesano hoc Officio pensorum deserviturum. Ad tollendam igitur omnem a parte membrorum Instituti hujus pensionalis diffidentiam, scholarum Inspectoribus hisce committo, ut, dum idmodi pensa dicto fundo inferunt, consignationem eorundem in omnis in duplici exemplo horsum exhibeant, quo sic uno eorum remisso et solutionem abs se et perceptionem abs dioecesano hoc Officio rite praestitam legitimare, Docentibusque occasione proximae conferentiae, cum ipsis e praescripto asservandae, ob oculos sistere possint. Strigonii die 25-a Octobris 1861.  
Docentes de symbolis ad fundum pensionalem collatis qualiter certificandi?

**Nr. 3588.**  
Die secunda curr. post suscepta moribundorum Sacramenta, in Domino defuncti Ignatii Erös, E. M. S. Canonici honorarii et Instituti Sti Adalberti membri, animam piis omnium Vestrum suffragiis hisce devoveo. Strigonii die 9-a Octobris 1861.  
Erös Can. hon. obiit.

benevolus

*Joannuelard H. Erös*

## Venerabili Clero Archi-Dioecesis Nostrae Strigoniensis Salutem in Domino et paternam Benedictionem!

Consilium regium Locumtenentiale hungaricum in Rescripto, e sessione 20-a Octobris anni curr. celebrata, Nr. 61917. ad me dimisso acerbe queritur, in dies latius serpentem insubordinationis et anarchiae spiritum, decursu evoluti anni, ipsarum adeo scholarum limina penetrasse adeo, quod superinspectio earundem, si non impossibilis, saltem multum difficilis reddita fuerit.

Ad tristem hunc, et in sequelis suis plurimum damnosum rerum statum efficaciter tollendum, atque rectum ordinem, debitam dependentiam et superinspectionem restabiliendam, e mente etiam dicti politici Regni Dicasterii, inomisse necessarium est, ut Inspectores Directoresque scholarum elementarium, huc intellectis etiam Praeparandiarum Institutis, moribus alumnorum non minus ac Docentum strictissime invigilent; lectionem librorum, principia bono status et societatis adversa, irreligionem item ac subversionem spirantia continentium omnimode impediunt, Docentes principia idmodi Ecclesiae et statui perniciose, utpote quae moralitatem et felicitatem integrae generationis funestum in modum subvertunt et periclitantur, spargentes, aut libros insani idmodi argumenti communicantes districtim commoneant, vigili oculo prosequantur, relapsos vero, omni respectu seposito, dioecesano huic Officio denuncient, Consilio regio pro dimissione abhinc proponendos, cum tolerari nulatenus possit, ut, qui alios ad iustitiam erudire deberent, charis parentum, Ecclesiae et status pignoribus, curae et institutioni suae creditis, pravitate exempla suppeditent. Quare scholarum Inspectores tam locales, quam districtuales eo inviantur, ut scholas curae suae creditas frequentius invisant, conversationem Docentum et scholarium attentione sua comitentur, omnemque negligentiam et disordinem congruis monitis et dispositionibus tollere adnitantur, firmiter persuasi, zelum idmodi suum, levandae rei scholari salubriter impensum, abs antelato Regni Dicasterio in coudignam recognitionem et reflexionem sumendum esse.

Occasione hac reflectuntur iidem scholarum Inspectores, ut eo quoque omnium prudentia et energia intendant, ne proles scholae capaces a frequentanda institutione ullo sub praetextu abstrahantur; quem in finem, ad exigentiam memorati Rescripti expediens erit a) consignationem scholarium utriusque sexus, occocepto hoc anno scholastico inscriptorum, una cum numero prolium scholae capacium, dioecesano huic Officio fine promotionis indilate exhibere.

Dicti scholarum Inspectores dispiciant porro: num scholares requisitis libris provisi omnino sint? quo sic ea, quae in scholis audiverunt, domi repetant, memoriae mandent, et assignata sibi pensa ediscendo, in familiae etiam circulo utiles cognitiones disseminent; num porro Docentes libris praescriptis rite utantur ita, ut horas institutioni dicatas non nuda duntaxat libri scholaris lectione pessumdent, veterum reflexionibus necessariis, debita praeparatione praconceptis comitentur, eo ceterorum quin subintellecto, subsidiarios libros occasione institutionis abs Docentibus adhiberi posse. Elenchum librorum pro scholis elementaribus labii hungarici, loco altiore spe Intimati sub 21-a Octobris a. curr. Nr. 61916. editi praescriptorum, quibus species catechismorum et historiae biblicae, decreto synodi provincialis Strigoniensis 1858-o acceptatae adiacent, distinctum sub ./. folium comprehendit, Docentibus quoque Vestris ea cum diserta declaratione communicandum, quod ab iisdem sub gravi responsionis onere recedere, aut scholaribus alios immanuare, vel denique eosdem reductu alterius generis librorum examinare districtim vetetur. Pretium eorundem publica auctoritate defixum levare nulli prorsus et nullo sub praetextu licet, quive id attentarent, extemplo denuncientur. Elenchus librorum scholasticorum alterius labii suo tempore publicabitur. Catechismorum et historiae biblicae exemplaria, in Agentia societatis S. Stephani Pestini, aut apud bibliopolam eiusdem Hartleben ibidem, reliquorum vero librorum Budae, in typographeo Universitatis hungaricae, aut apud bibliopolam Pfeiffer acquiri possunt.

Denique ratione systematis adusque in institutione vigentis, quod et porro

Nr. 3957.

Scholarum Inspectores moribus Docentum et scholarium invigilent; elenchum praescriptorum librorum Docentibus communicent; porro a) consignationem prolium frequentantium b) planum studiorum exhibeant et c) gravamina in rescholari exponant.

./.

manutenebitur, antelatum Consilium regium b) planum institutionis et horarum repartitionem, cum debito ad tradendam linguam hungaricam respectu elaborandam, adiectis Docentum cognominibus et disciplinis per eosdem tradendis, una cum plano idmodi adusque vigente, a parte scholarum elementarium, etiam capitalium, sibi via Officii dioecesiani substerni petit.

Has igitur relationes sub a) b) attactas, uti et c) expositionem gravaminum in re scholari, operae item ad ea tollenda impensae, scholarum Inspectores districtuales in omni die usque finem Decembris a. curr. horum promovere satagant. Triplicis ordinis haec relatio, quarum singula distincto instrumento comprehendendi debet, pro nunc vicem illius, quae de statu scholarum ope Tabellae A) nec non de scholis capitalibus, distincto formulari quotannis exhiberi solebat, subitura est. Tabellam hanc postremo horum suppeditatam, atque ratione numeri prolium scholae capacium sub a) deponi usui futuram, sub // Vobis remitto, capto usu in Archivo districtuali conservandam.

Consignationem etiam Docentum et numeri scholarum pro usu schematismi, nec non relationem de Docentibus linguae hungaricae ignaris, a parte adhuc 16. Districtuum VADnialium restantem, ultro opperior. Strigonii die 2-a Novembris 1861.

**Nr. 3981.**

Docentis musicae in Praeparandiae Jaurinensi statio vacat.

Nexu requisitionis abs Consilio regio Locumtenentia hungarica sub 14-a Octobris a. curr. Nr. 58698. ad me directae, Vobis fine edocendorum docentium Individuorum curae Vestrae creditorum significo: Concursum pro statione Docentis musicae in Instituto Praeparandiae Jaurinensi vacante, cuius emolumenta 210. flnis val. austr. absolvuntur, in ultimam curr. mensis diem defixum esse, proque eadem impetranda recursus, dicto Regni Dicasterio inscribendos, literis baptismalibus, testimoniis item de absolutis studiis, servitiis musicalibus et in pulsu organi praestitis, moralitate, linguarumque hungaricae et germanicae cognitione providendos, atque via concernentis superioritatis, aut si officium nullum gererent, immediate directioni dictae Praeparandiae exhibendos esse. Strigonii die 3-a Novembris 1861.

**Nr. 4009.**

S. Ladislai pro consociatione quando praestanda solutiones?

Cohaerenter cum emanatis abhinc ddo festi S. Stephani Protoregis Nr. 2996. anni curr. ordinibus, quibus consociationem S. Ladislai Vobis commendavi, praesentibus ad notitiam Vestram perfero: pro solvendis ex parte sociorum menstruis pensis, stabilitum esse initium anni, a die 1-a evoluti mensis Octobris ita, ut solutiones a die hac computando, singulo trimestri, scilicet in fine Decembris, Martii, Junii et Septembris praestentur. Quod ipsum eo subnexo pro observantia Vobis communico, ut collectae summae, quaecumque exiles forent, in praerecensitis terminis, via Officii VADiaconalis ad amussim isthuc transponantur.

Porro, siquidem multum mea interesset, super statu et profectu consociationis de tempore in tempus informari: ex eo praesentibus dispono, ut in protocollis Congregationum districtualium, tam vernalis, quam autumnalis, status et profectus consociationis breviter saltem adumbretur. Strigonii die 3-a Novembris 1861.

**Nr. 3907.**

Szklénár obiit.

Francisci Szklénár, parochi Belobányaensis, die 25-a curr. mensis, post suscepta moribundorum Sacramenta, anno aetatis 63-io pie in Domino defuncti animam consuetis suffragiis Vestris commendando: pro exhibendis isthuc Patrono inscriptis, ad effectum impetrandi taliter vacantis Beneficii recursibus, diem 10-am Decembris anni curr. ut praecclusi terminum exscribo. Strigonii die 29-a Octobris 1861.

benevolus

Joannuelard Eger

Venerabili Clero Archi-Dioecesis Nostrae Strigoniensis  
Salutem in Domino et paternam Benedictionem!

Pastoralis officii una e praecipuis obligationibus est, tenerioris pubis in fide christiana et moribus institutio. Spes enim et anchora Reipublicae, Ecclesiae et populi christiani felicitas fundatur in debita puerilis et adolescentis aetatis ad recte credendum et pie vivendum informatione. Nam ipse Spiritus Sanctus ait (Proverb. 22.) „Adolescens juxta viam suam, etiam cum senuerit, non recedet ab ea“ Hac certe de causa SS. Synodus Tridentina obligationem imponit Episcopis (Sess. 24. Cap. 4. de Reform.) ut saltem dominicis ac festis diebus pueros, in singulis Parochiis fidei rudimenta et obedientiam erga Deum et parentes diligenter ab iis, ad quos spectat, doceri curent, et, si opus sit, etiam per censuras ecclesiasticas compellant. Quam quidem gravem muneris sui obligationem et ab omnibus Archi-Dioecesis meae Curatis agnoscere et ab universis diligenter expleri eo lubentius mihi persvadeo, quod a me impetrare non possim, ut credam, reperiri quosdam, qui in hac praeinsigni muneris sui parte essent desides et negligentes, in quos quadret ille ploratus Jeremiae: „Adhaesit lingua lactantis ad palatum ejus in siti; parvuli petierunt panem, et non erat, qui frangeret eis.“

Cum autem, quemadmodum fidei et doctrinae, ita in docendi norma uniformitatem tenere conveniat, et ad hanc uniformitatem plurimum conferret, si pro fundamento normaue institutionis apti libelli catechetici, quos universi sequi teneantur, sint praescripti: Episcopi ad Metropolitanam Provinciam Strigoniensem pertinentes, occasione asservati anno 1858. sub meo praesidio Concilii provincialis, mutuo consensu determinarunt: ut in tota modo dicta Provincia metropolitana, pro usu tam scholae quam Ecclesiae, adhibeatur opus cateheticum a P. Deharbe e Soc. Jesu, lingua germanica concinnatum. Opus istud, prius per designatos ab eodem provinciali Concilio duos Episcopos debite revisum, et curis meis in omnes patriae nostrae linguas translatum, jam etiam apud Agentiam Societatis S. Stephani, jure editionis et distractionis abs me instructae, venale prostat, et via bibliopoliorum quoque procurari potest. Et quidem catechismus sic dictus elementaris (elemi) lingua hungarica et slavica, non compactus a xris v. a. 6., compactus a xris 9., lingua germanica non compactus a xris 6., compactus a xris 10. catechismus parvus (kis) omnibus tribus linguis non compactus a xris 12., compactus a xris 18., demum catechismus medius (közép) lingua hungarica et slavica non compactus a xris 30., compactus a xris 40., lingua vero germanica non compactus a xris 32., compactus a xris 42.

Universis itaque Archi-Dioecesis meae Curatis et Catechetis per praesentes iniungo: ut a modo et in posterum pro catechisationis norma, quam sequantur, tum in schola, tum in Ecclesia, nullum aliud, sed solum praedesignatum cateheticum opus exclusive adhibeant. Strigonii die 7-a Novembris 1861.

Ab aliquo tempore observatum est, quod in officiosis correspondentiis per nonnullos insolitae longitudinis, magnitudinis et latitudinis charta adhibeatur. Tales litterae debent omni ex parte circumscindi, et tunc primum accipiunt tale formatum, quod ad reliqua acta officiosa quadrat. Ad obtinendam igitur, quo fieri potest, majorem uniformitatem, sed et ut acta, quin destruantur et lacerentur ad archivum reponi possint, praesentibus pro stricta observantia dispono: ut exposit officiosae litterae in communi formato scribantur, qualis est e. gr. charta haec, in qua Circulares im-

Nr. 4127.

Catechismus D. e-  
harbeanus  
praescribitur.

Nr. 4247.

Formatum littera-  
rum offosarum  
praescribitur.

primuntur. Minus aliquanto potest esse formatum, dummodo majus non sit. Quantum ad qualitatem adhibendae chartae non adhibeatur nimis tenuis, ast firmior potius, quae valet pro conservatione; cumprimis fundationales Literae, in bene firma charta et in integra philyra sunt scribendae. Denique litteris distincta semper cortesia est danda, cumprimis illis, quae pecuniis sunt onustae. Strigonii die 13-a Novembris 1861.

benevolus

Joannulard Egydy



# Venerabili Clero Archi-Dioecesis Nostrae Strigoniensis Salutem in Domino et paternam Benedictionem!

Nr. 4404.

Distributionem pensionum ac subsidiorum e fundo Docentum pensionali, de-  
cursu anni huius secundo abs me praesusceptam, Vobis hisce ad notitiam perferre  
gestio. Individuorum praevio fine recurrentium testimoniis, favorabili Cleri et Docen-  
tum suffragio, omni item reliqua qualificatione in maturam deliberationem sumta,  
Pensiones et subsidia Docentibus resolvuntur. Regulativi in hoc merito ordines.

## I. Pensionis participes redditi sunt:

a) Josephus Hutkay, Docens in Nagy-Szelezsény, ob pectoris malum ad docendum inhabilis, cum quotta classi primae, cui inscriptus est correspondente, in fnis annuis 100. v. a.

b) Gregorius Raeskó, emeritus Docens in Felső-Ludány, muneri suo ob morbidum statum renunciare coactus, cum quotta primae classis, in fnis 100.

c) Michael Miska, Docens in Balassa-Gyarmat, 1-ae membrorum classi insertus, cum annuis fnis 100.

d) Josephus Riha, choralista Ecclesiae praepositoralis in Vág-Ujhely, ob chronicum morbum ad serviendum inhabilis, cum primae classis penso, in fnis annuis 100.

e) Vidua Ignatii Machácsék, Docentis olim in Alsó-Botfalu, cum dimidia quotta pensionis, maritum 3-ae classi olim insertum ferientis, in fnis annuis 30.

f) Vidua Michaelis Farkas, Docentis, dum viveret, in Kéménd, cum penso classis 1-ae, in annuis fnis 50., succursu item pro filiola octenni, in fnis annuis 10.

g) Vidua Josephi Stefl, organoedi Nitriensis, classi membrorum primae inserti, cum annuis fnis 50.

h) Vidua Josephi Pélyi, Docentis condam in Tesmag, cum pensionis classi 2-ae respondentis dimidio, in annuis fnis 40.

i) Vidua Joannis Marsovszky, Docentis in Sipek, 3-ae membrorum classi adlecti, cum annuis fnis 30.

II. Dimidia pensio Docentibus, citra culpam statione orbatis, pro annis duobus, nisi interea adplicationem nanciscerentur, in sensu statutorum obtigit his:

a) Joanni Kovács, antea Docenti, postremo Notario in Héreg, 1-ae classi adlecto, cum annuis fnis 50.

b) Josepho Kupka, Docenti postremo in Abalehota, dimidium pensionis classi 2-ae respondentis, cum fnis annuis 40.

c) Francisco Pizinger, Docenti antehac in Sz. Péter, primae classi in scripto, cum annuis fnis 50.

## III. Subsidium semel pro semper acceperunt:

a) Josephus Martsek, prov. Docens in Vámos-Mikola, graviter incendio damnificatus, cum fnis 30.

b) Ladislaus Öveges, Docens in Révfalu ad Jaurinum, annum aetatis agens 72. cum fnis 25.

c) Ignatius Tóth, Docens in filiali Kural, admodum pauper et multis prolibus gravatus, cum fnis 20.

d) Stephanus Farkas, Docens in Köhidgyarmat, nimis tenuiter provisus, cum fnis 20.

e) Martinus Luzsinszky, Docens in filiali Bajmócska, per incendium damnificatus, cum fnis 20.

f) Joannes Schinczl, Docens in Deménd, cum inedia colluctans, cum fnis 20.

g) Blasius Raák, Docens in Balassa-Gyarmat, grandine damnificatus, cum fnis 20.

h) Franciscus Kardos, Docens in Kossút, in proventibus falcidiam passus, cum fnis 20.

i) Joannes Balogh, Docens emeritus, admodum pauper, in fnis 15.

Positiones hae cum quottis illis, quae in pensiones et subsidia sub 5-a Julii a. curr. Nr. 2488. assignatae sunt, summam, mille tercentos fnos val. a. adae-

quantem efficiunt. Sic igitur non solum census annuus Capitalis (21,000. fl. v. a.) fundum pensionalem constituentis, verum aliquantula annuorum etiam oblatorum pars, in sensu circularium ordinum nunc memoratorum, in distributiones conversa est. Quod ipsum praeliminariter Vobis Charissimi! eo addito hisce notifico: 1-o quod deinceps pensiones et subsidia distribuenda sint initio mensis Januarii et Julii. 2-o quod succincte status fundi, in conformitate §. 29-i statutorum, cum fine cujusvis anni civilis, ope circularium literarum, ad Cleri, Docentumque notitiam perferendus sit. Quo igitur dictus fundi status in evidenti servetur, 3-o inomisse opus est, ut pensa a parte membrorum Instituti ordinate dependantur; atque ab iis, qui oblati suis restarent, debitum idmodi quo ocyus depuretur.

Normativi instar hic enunciatum esto:

A) Siquod Instituti membrum tribus annis quottas suas haud dependeret, eo ipso e numero membrorum expungendum erit. In hunc sensum modificantur §§-i 3-us et 33-us statutorum Instituti, quibus restantium quottarum incassatio semestraliter a VADnis adurgenda et in casum renitentiae restans quotta e proventibus Docentum desumenda disponitur.

B) Cum distributio pensionum et subsidiorum (ut nunc memoratum est) binis per annum vicibus praesuscipienda sit, scholarum Inspectores VADni tam occasione vernalis quam autumnalis congregationis, cum Curatis districtualibus asservandae, recursus Docentum aut viduarum praevio scopo exaratos et rite instructos, a Curatis ipsorum recipere, omnes qualificationis notas, pro pensione aut subsidio impetrandi requisitas, tabellis abhinc suppeditandis inserere, easque subscriptione sua et aliquot Docentum, qui supplicantes petito beneficio dignos esse hac ratione attestabuntur, munitas, dioecetano huic Officio, in sensu praeexistentium eatenus dioecesanorum ordinum, una cum recursibus et eorum adminiculis praesentare noverint.

C) Cum status pensionis ideam actualis servitii excludat, suapte intelligitur, pensionis beneficio provisus statione Docentis decedendum esse, quin tamen interimalis, aut subsidiaria in munere docendi adplicatio, si viribus valent, iisdem vetetur.

4-a) Qui membra Instituti non sunt, nec ipsi, nec viduae eorum, pensionis aut subsidii e fundo pensionali, ad quem obulis suis haud concurrerunt, capaces sunt.

D) Quiqui in numerum membrorum cooptari nunc primum cuperent, pensum classi abs se deligendae correspondens pro elapso triennio, uti etiam quottam titulo redemptionis annorum, normalem 20-um excedentium suppletorie dependere, ratione autem determinandorum annorum, quibus, ut petendae pensionis capaces evadant, pensum ipsos adhuc solvere oportebit, ope recursus Curato suo exhibendi et abs eodem in congregatione Cleri districtualis VADno immanuandi, ad dioecesanum hocce Officium semet convertant.

Quae omnia congruae notitiae et directionis causa Docentibus Vestris communicetis. Strigonii die 21-a Novembris 1861.

#### Nr. 4511.

Consignatio casuum mortis c. r. financiali Dir. communicanda.

C. r. financialis circularis Directio Poseniensis iam secundo interpellat me, velim disponere, quo Curati subalternis financialibus Officiis, ubi ab his requisiti fuerint, consignationem interventorum a 1-a Novembris 1860-i usque 31-am Augusti 1861. casuum mortis communicent.

Officiosae huic interpellationi deferendo praesentibus dispono, ut ubi ex parte concernentium c. r. financialium circularium Officiorum requisiti fueritis, desideratam consignationem iisdem extradetis. In hac tamen praeter diem obitus, nomen, cognomen et aetatem defuncti nihil ultro notetur. Strigonii die 26-a Novembris 1861.

benevolus

*Joannulard Hystm*

## Venerabili Clero Archi-Dioecesis Nostrae Strigoniensis Salutem in Domino et paternam Benedictionem!

Sacra Rituum Congregatio, annuente Beatissimo Patre Pio IX. Pontifice Maximo, auditis quamplurimum per orbem Episcoporum votis, edidit Decretum Urbis et Orbis, ut Officium et Missa de S. Angela Merici, V. Monialium S. Ursulae Institutricis, sub ritu dupl. min. ab universa Ecclesia recolatur. — Ipsum Decretum sonat hoc modo:

Nr. 4598.

S. Angelae de Merici pro univ. Ecclesia Officium praescriptum.

„Angelorum praedita moribus et pulchritudine S. Angela Merici, sicut liliium inter spinas in terris degens, ubique mirum sparsit suavitatis odorem. Haec ab adolescentia alacriter iter perfectionis arripiens eo devenit, ut S. Carolus Borromeus paucis post ejus obitum annis adfirmare non dubitaverit, dignam plane esse, quae ab apostolica Sede in sanctarum Virginum album referretur. Sanctissima Palaestinae loca summa cum religione perlustravit, et sepulchra Apostolorum Petri et Pauli Romam veneratura pervenit. Ibi sese excitatam sensit ad promovendam puellarum institutionem, probe noscens illas pravis ac foedis Calvinianae et Lutheranae haeresis, quae tunc late grassabatur, illecebris veluti inter vepres irretitas, virgineum florem amissuras. Quare Brixiae novum sacrarum virginum Sodalitium sub patrocinio et nomine sanctae Ursulae, Christi Virginis et Martyris instituit, cujus curae demandavit, ut adolescentulas tam divites quam pauperes fidei rudimenta doceret, ad recte casteque vivendum informaret, illisque eas, quae propriae mulierum sunt, exercitationes traderet. Uberes ex hoc Instituto Angela ad Ecclesiae et societatis bonum retulit fructus, eique Deus omnipotens ita gratiae suae dona copiose largitus est, ut ubique terrarum diffunderetur, suaeque famulae morti proximae pandere dignaretur, illud perenne futurum.

„Quum teterrimis hisce temporibus perversi ac scelerati homines omnem moveant lapidem ad catholicam Ecclesiam ac societatem labefactandas, et ad id facilius obtinendum mulierum mores, praesertim adolescentium, pervertere studeant, ut ex depravata earum mente erroris venenum altius in filiorum animos inseratur, nonnulli Eminentissimi ac Reverendissimi Sanctae Romanae Ecclesiae Cardinales, nec non quamplures amplissimi totius orbis antistites, Sanctissimum Dominum Nostrum Pium IX. Pontificem Maximum humillimis precibus instantissime efflagitarunt, ut Officium et Missa sanctae Angelae Merici, Sodalitii sanctae Ursulae Institutricis, ad universam extendantur Ecclesiam; ut ejus ope et meritis dignetur Dominus foemineum sexum ab omni labe et errore immunem servare, ac hostium depulsis insidiis Ecclesia sua perpetua pace laetetur. Quibus omnibus a me, subscripto sacrorum Rituum Congregationis Secretario, Sanctissimo Domino Nostro fideliter expositis, Sanctitas Sua apostolica auctoritate edixit, ut deinceps festum sanctae Angelae Merici Virginis, cum Officio et Missa aliquibus locis jam concessis, sub ritu duplici minori ab universa Ecclesia recolatur. Contrariis non obstantibus quibuscunque. Die 11-o mensis Julii anni 1861. C. Episcopus Portuen. et S. Rufinae Card. Patrizzi S. R. C. Praef. D. Bartolini S. R. C. Secretarius.“

Charissimi! si quid provide in Ecclesia Dei factum est, istud omnimode peropportuno tempore constitutum esse confiteamur. Dolenter etenim experimur, in aliquot catholicis Provinciis Instituta religiosa mulierum impetita, imo hac temporum acerbitate dispulsa fuisse. — Nec patriae nostrae monialibus parsum esse, moerentes suspirare possumus. — Adoremus itaque providentiae divinae Bonitatem et admiremur Ecclesiae catholicae providentissimam sollicitudinem, quae praesenti necessitati subventura, unius Fundatricis monialium, religiosum cultum in universo catholico orbe celebrari disposuit. Nobis autem, quibus in ambitu Monarchiae Austriacae Altari Domini assistendi gloria obtigit, haec dispositio Sedis apostolicae eo quoque ex intuitu gratissima esse debet, quod in plaga Urbis Veronensis haec sancta Virgo et primo mundum aspexerit, et jam in tenera aetate ac continuative eundem despiciendo, Congregationem, in educationem catholicam sexui sequiori impendendam, pro maximo Ecclesiae Christi emolumento fundaverit.

Eapropter Vobis dilectissimi! denuncio: quod die 31-a mensis Maii quotan-

nis in futurum festum S. Angelae Merici Virginis, cum Officio et Missa celebraturi simus, Eandem sanctam Virginem devote exoraturi, ut nobis ab omnium bonorum Datore impetret, quo Instituti Ursularum, in patria nostra perbene noti, Domus adaugeantur, multiplicentur in gloriam suam, parentum consolationem et pacis communis incrementum! Strigonii festo S. Andreae Ap. 1861.

**Nr. 4628.**

Docentis in Buda-Eörs statio vacat.

Pro vacante isthac, labii hungarici et germanici, Docentis una Cantoris statione Concursus in 14-am Januarii anni proxime venturi praesentibus defigitur.

Emolumenta eius consistunt in fructibus unius iugeri terrae,  $\frac{1}{4}$ . vineae postdomalis, item 15. orgiis lignorum focalium, quae omnia Dominium suppeditat. A Communitate obtingunt 57. metretae pest. tritici mixti, titulo lecticalis praestationis; 200. fni val. austr. in aere parato, 90. item fni titulo didactri; porro 30. fni et 4. orgiae lignorum, titulo institutionis in schola dominicali impertiendae, e quibus conclavia scholaria calefieri debent. Denique e cassa Ecclesiae titulo fundatorum sacrorum Missae sacrificiorum 60. fni, titulo stolae vero 200. incirca fni obveniunt. Cum ludirector eias una Regentem chori agat, festis diebus et aliis solennioribus occasionibus Missae sacrificium, uti et sepulturae defunctorum musicaliter peragantur, iuventusque in cantu, et musica instrui solet: ludirectorem in cantu quoque et musica rite versatum esse oportet; cui praeterea subdocentem quoque intertenere, atque lotionem, lumine et calefactione providere incumbit.

Recursus debite instructi scholarum Inspectori et surr. VADiacono Antonio Sujánszky, Parocho Pestinensi ad S. Josephum inscribantur et ad praeindicatum terminum exhibeantur. Id quod Docentibus subdocentibusque Vestris congrue notificetis. Strigonii die 1-a Decembris 1861.

**Nr. 4683.**

Consociatio S. S. Altaris Sac. novitus commendatur.

Dignum est, nosse Vos Charissimi! eximium zelum et activitatem Consociationum Altaris Pestinensis et Poseniensis, quas, dum exurgerent, benevolentiae ac favoribus Vestris commendavi. Noveritis ergo eum ex sequente specificatione paramentorum, utensiliumque sacrorum, quae laudatae Consociationes inter egentiores Ecclesias diversarum Dioecesium tribuerunt.

Objecta distributa.	Consociatio		Objecta distributa.	Consociatio	
	Pestinensis Anno 1860/1.	Posoniensis a 1-a Januarii 1860 usque finem Maii 1861.		Pestinensis Anno 1860/1.	Posoniensis a 1-a Januarii 1860 usque finem Maii 1861.
Humeralia . . . . .	90	26	Pulvillos Altaris . . . . .	25	6
Albas . . . . .	59	27	Togas ministrantium	32	—
Rocheta . . . . .	38	20	Calices . . . . .	6	—
Rocheta ministrantium	38	2	Ciboria . . . . .	4	—
Corporalia . . . . .	95	24	Pacificalia . . . . .	4	—
Pallas . . . . .	114	25	Thuribula cum naviculis	6	—
Purificatoria . . . . .	194	25	Lampades Altaris . . . . .	2	1
Mantilia . . . . .	23	25	Crucifixos Altaris . . . . .	2	—
Tobalea cum fimbriis	24	19	Statuas Resurgentis	2	—
Fimbrias pro tobaleis	9	—	Candelabra . . . . .	12	2
Casulas . . . . .	73	26	Missalia . . . . .	6	—
Pluvialia . . . . .	14	6	Dalmaticas . . . . .	—	2
Vela . . . . .	10	8	Tabellas Canonum	3	3
Stolas . . . . .	13	3	Vexilla . . . . .	2	—
Ciborii vestes . . . . .	13	2	Baldachinum . . . . .	1	—
Bursas . . . . .	19	2	Imagines Altaris . . . . .	—	1

Praeter haec plura adhuc minuta objecta, uti aspergilla, ampullae, pixides, marsupia etc. distributa sunt.

Ex recensione hac satis perspexeritis, quam beneficium sit istud in Ecclesias Institutum, quantopereque dignum, ut amplius atque amplius per nos succolletur. Attigisse adhuc juvat, in Archi-Dioecesi Strigoniensi universim 28. Ecclesias fuisse beneficii Consociationis utriusque participes. Agite itaque Charissimi! ut earum emolumenta omni meliore modo, signanter autem piis symbolis Vos ipsi pariter ac fideles Vestri promoveant. Strigonii die 3-a Decembris 1861.

benevolus

*Joannulard Eger*

## Venerabili Clero Archi-Dioecesis Nostrae Strigonienis Salutem in Domino et paternam Benedictionem!

**Nr. 4891.**  
Prolium scholarium consignatio qualiter exhibenda?

Ope circularium literarum, dđto 2-ae Nov. a. curr. N. 3957. ad Vos dimissarum, inter relationes scholares, Consilio regio Locumtenentiali hungarico, nexu requisitionis eiusdem exhibendas, consignatio scholarium utriusque sexus, ineunte anno scholastico ad frequentandum inceptorum, nec non numerus prolium scholae capacium diserte abhinc sub a) deponitus fuit. Plures scholarum Inspectores eo non obstante, prolium scholas frequentantium solummodo numericam designationem, non vero, uti deponitur, nominalem consignationem puerorum et puellarum, dioecetano huic Officio exhibuerunt. Praesentibus igitur reflectendos Vos duxi, ut catalogum idmodi frequentantium utriusque sexus nominatim, medio Docentum districtualium concinnetis, talemve a parte singulae scholae, una cum prolium ad scholas frequentandas (ab anno aetatis 6-0 usque 12-um) obligatarum numerica designatione, via scholarium Inspectorum, quo fieri potest ocyus horum, fine promotionis ad dictum politicum Regni Dicasterium faciendae, transponatis. Planum porro institutionis et horarium pro anno praesente scholastico stabilitum, dictis ordinibus sub b) deponitum, atque ita compositum, ut linguae hungaricae proponendae debita ratio habeatur, uti et cognomina Docentum et disciplinas eis incumbentes, cum plano studiorum adusque vigente, saltem a parte scholarum capitalium in omnia exhibete. Strigonii die 13-a Decembris 1861.

**Nr. 4951.**  
Magyar tudományos értekezések commendatur.

Ferdinandus Knauz, Vice-Bibliothecarius Metropolitanae Ecclesiae, Academiae hungaricae membrum, a 1-a Januarii affuturi anni, redigendas suscepit, in societate Joannis Nagy, aequae Academiae hungaricae membri, pagellas periodicas sub titulo „Magyar tudományos értekezések“, quarum objectum constituent tractatus historici, philosophici, monographiae, celebrium virorum biographiae, recensiones librorum, notitiae literariae etc. Edentur pagellae hae in annuis 10. fasciculis, erga praenumerationale pretium 8. florum, pro semestri vero, respective pro 5. fascibus, 4. florum.

Siquidem autem literarium hoc molimen eorum singulariter, qui scientias colunt et fovent, reflexionem et protectionem mereretur, inter quos Clerus praecipuas tenet partes: ex eo non ambigo, quin ipsum hoc molimen favoribus Vestris hisce commendarem. Strigonii die 18-a Decembris 1861.

**Nr. 5024.**  
S. Ladislai de Consociatione praestanda relatione adurgetur.

Nexu circularium mearum literarum dđto 3-iae Novembris Nr. 4009. ad Vos dimissarum, reflecto districtuales VADiaconos, ut catalogum membrorum Consociationis S. Ladislai, solutas item pro eadem Consociatione per menses Octobrem, Novembrem et Decembrem pecunias, quae usque finem curr. mensis horum submitti debuissent, quo fieri potest ocyus, mihi submittere non intermittant. Strigonii die 24-a Decembris 1861.

**Nr. 5029.**  
Maticulares extractus ex incidenti stationis militum adparentur.

Statutione militum per Suam Majestatem Sacratissimam pro anno proximo futuro 1862. decreta existente: nexu officiosae requisitionis ad me a Consilio reg. hung. L. sub 16-a curr. Nr. 67732. directae, eo hisce Vos omnes inviandos habeo: ut quamprimum a respectivis politicis Jurisdictionibus, quoad adparandos pro singulis Communitatibus, e matriculis, juxta submittenda Vobis formularia catalogos juvenum, qui anno 1841. nati sunt, provocationem officiosam acceperitis, huic promptum gerere, desideratosque catalogos pro praestituendo termino adparare omnino contendatis. (Cf. Circulares dđto 30-ae Decembris 1858. Nr. 5216. item dđto 16. Novembris 1859. Nr. 4519. demum dđto 20-ae Aprilis 1860. N. 1896.) Strigonii die 23-ia Decembris 1861.

Nr. 5059.

Statio Docentis  
in Nagy-Hind  
vacat.

Concursus pro hac Docentis una Cantoris labii hungarici statione in 30-am  
Januarii anni ingruentis praesentibus defigitur. Emolumenta ejusdem consistunt in  
170. flnis a prolibus scholaribus incirca 80. percipi solitis; in fructibus agrorum 7.  
metretarum poson. quos Docens ipse cultivat, prati item medii falcastris; in 10.  
metretis poson. siliginis, quae a fidelibus in Matre et filialibus penduntur; titulo  
stolae incirca 17. flni obtingunt. Summa proventuum juxta fassionem scholarem 281.  
flnos et 13. xros val. aust. efficit. Habitaculum duobus cubilibus pro usibus Docen-  
tis, camera item, culina, ac stabulo absolvitur. Recursus debite instructi scholarum  
Inspectori Joanni Druzsbovics, VADno Districtus Nagy-Czétényensis et Parocho  
in Vajk inscribantur et ad praeindicatum terminum exhibeantur. Strigonii die 26-a  
Decembris 1861.

Nr. { 4944.  
5048.  
5093.  
5108.

Animam Josephi Madovy, Parochi Uninensis, post pie suscepta mori-  
bundorum Sacramenta, die 13-ia curr. ad aeternitatem evocati, piis omuium Vestrum  
suffragiis devovendo: simul pro vacante reddito, quod tenuit, Beneficio parochiali  
concursum, usque ultimam Januarii anni futuri diem duraturum, hisce annuncio. Strigo-  
nii die 18-a Decembris 1861.

Madovy Jo-  
sephus, Dallos  
Paulus, Szivér  
Joannes et Töl-  
gyesy Steph.  
iun. obiit.

Paulus Dallos, Archi-Dioecesis hujus deficiens presbyter, praevie Sacra-  
mentis moribundorum provisus, die 9-a curr. anno aetatis 59. e typho decessit So-  
pronii. Commendo animam ejus solitis piis suffragiis. Strigonii die 26-a Decembris  
1861.

Joannis Szivér, Parochi Füzes-Gyarmatensis obitum, 24-a curr. e phtysi  
tracheali interventum, sine absolvendorum suffragiorum Vobis annuncio, et pro vacan-  
te, quod tenuit, parochiali Beneficio concursum usque ultimam proxime venturi  
mensis Januarii diem duraturum hisce indico. Strigonii die 28-a Decembris 1861.

Juniorem Stephanum Tölgyesy Cooperatorem Szölgyénensem, aetatis suae  
anno 30. ex typho, moribundorum Sacramentis provisum, die 30-a curr. in Domi-  
no obiisse moestus annuncio, et animam ejus solitis fratrum suffragiis devoveo.  
Strigonii 30-a Decembris 1861.

benevolus

## Venerabili Clero Archi-Dioecesis Nostrae Strigoniensis Salutem in Domino et paternam Benedictionem!

**D**um collectae decursu evoluti anni per Dioecesim, pro diversis piis institutis et finibus charitativae symbolae modo destinationibus suis traduntur, observavi, quod pia haec oblata minore de anno in annum quantitate confluant, acsi refrixisset charitas multorum. Evidentius idipsum fit ex annuis quaestionatorum institutorum relationibus, quas pro ratione exemplarium, ad me transponi solitorum, Vobiscum quoque communicare consuevi. Si eas volvendo, oblata nostra cum oblatis aliarum longe minorum Dioecesium conferamus, observabimus, alias Dioeceses multum nobis hac in re praestare.

Procul quidem a me, ut hinc metiri velim charitatem Vestram. Recognoscere enim debeo, quod illam erga specialem quamlibet provocationem meam pro posse testati fueritis. Ego circumstantiam hanc partim inde repeto, quod charitas Vestra saepe frequentius in subsidium vocetur, dum ex adverso tempora in dies iniquiora evadunt; partim vero inde, quod pro Missionibus et aliis analogis institutis, quae tamen plura sunt, collecta ad unam vicem instituatur, videlicet in Corona autumnali. Tunc singuli satis quidem in subsidium vocamini, et tamen longe minus confertur, quam si pro institutis his collectae distinctim instituerentur, ad plures per annum vices. Ita fieret, ut, qui modo una hac collecta satis gravamini, per vices conferendo et plus et minori cum aggravio praestaretis.

Quantum vero nostra intersit Charissimi! Missiones sacras et similia instituta, ad propagandam et conservandam fidem directa, pro modulo virium succollare, multo magis nostis, quam ut opus habeam, pluribus hac de re disserere. Id unum prae oculis habendum, quod utilissimum universali Ecclesiae obsequium praestemus, dum instituta haec pia benevolentia fovemus. Nescimus, quam multum nummuli nostri ad exaltationem S. Matris Ecclesiae conferre possint. Sedolvite quaeso memoratas annuas relationes, ut videatis, quanta Ecclesiae obolis nostris lucra parentur, quantis indigentibus provideatur.

Cum jam firmissime persvasum habeam, oblata nostra ampliora evasura, si in illis colligendis alius ordo servatus fuerit: sequentem pro iis in futurum ordinem praescribo:

Collecta, quae hactenus ad unam vicem instituebatur, ex post ad ternas vices fiet.

Et prima quidem, occasione Congregationis expiatoriae ante Pascha, pro Missionibus Terrae Sanctae seu pro Sepulchro Domini. „Eleemosyna pro delictis supplicat“. Coniungite ergo cum expiatione conscientiae eleemosynam pro Sepulchro Domini, ad quod nos tempus S. Quadragesimae magis ac aliud quodcunque invitat.

Altera collecta fiat in Congregatione vernali mense Majo, qui est mensis Marianus, pro Missionibus Orientis ab Immaculata nuncupata, et pro Consecratione S. Bonifacii. Svavissimos sane Beatae Virgini offeretis flores, si devotioni majali hujusmodi charitatis opus conjunxeritis.

Tertia collecta fiat in Congregatione autumnali pro Missionibus Americae Septemtrionalis et Africae centralis. Charissimi! qui in messe benedictionem divinam recepistis, reddite Domino, non dico decimam, sed aliquam tantum particulam in signum gratiarum actionis, in subsidium missionum harum, quo eleemosyna Vestra adaugeat messem illam, in qua sacrae hae Missiones desudant. Sic Charissimi! cum singula collecta piam hujusmodi intentionem coniungite.

Restat adhuc institutum S. Infantiae JESU, seu collecta pro redimendis Chinensibus prolibus. Institutum hoc a. 1852. in Dioecesi a me erectum compluribus locis exurrexit, sed proh dolor! mox etiam intercidit, ac fere extinctum est. Nescio locum, in quo illud adhuc ad exigentiam statutorum dirigeretur et manuteneretur. Non possum autem non eximium hoc charitatis institutum, quod ad mature instillandam prolium cordibus christianam charitatem dirigitur, pastoralis Vestri zelo potentius commendare. Agite igitur, ut illud apud nos resuscitatum majora capiat incrementa, proferatque fructum in redemptionem animarum miserarum prolium chinensium. Pro singulis autem Parochiis praescribo, ut in subsidium instituti hujus unum saltem

in anno, Dominica die, praemisso sacro sermone offertorium, tempore, quod parochus maxime opportunum judicaverit, asservetur, oblatumque aes usque finem Novembris per VADiaconum, qui praementionatas reliquas quoque collectas suis terminis recipiet et transponet, isthuc mittatur.

Thesaurisemus nobis Charissimi! hac etiam ratione thesaurum in coelo, ut ad misericordiam, quae in coelis est, per misericordias terrenas perveniamus! Strigonii die 21-a Januarii 1861.

**Nr. 400.**

Schematismi a. 1861. dimituntur.

Schematismus pro curr. a. 1861. editus jam deseruit prelum. Praenumerata per Vos exemplaria his diebus expediuntur ad Districtuales Vice-Archi-Diaconos. Hoc ideo insinuatur Vobis, ut, qui VADiaconi post 20 circiter dies exemplaria pro parte Districtus curae suae crediti haud percepissent, talia via reclamationis sollicitare valeant. Strigonii die 26-a Januarii 1861.

**Nr. 401.**

Specificatio libellorum pro pauperibus scholaribus, omnes item relationes scholares suo tempore exhibeantur.

Termino exhibendarum tabellarum, libellos pro pauperibus scholaribus requisitos specificantium, ad finem currentis mensis defixo existente, siquidem complures scholarum elementarium Inspectores, ex occasione imminentis in systemate scholarum mutationis quaerent: num specificationem idmodi praescriptam et porro exhibere necessum sit? eo Vos inviandos esse duxi, ut tabellarem hanc consignationem in omni parte exhibeatis fine eo, ut, ubi libri scholastici indigentis patriae nostrae accommodati et literis Typographiae Universitatis hungaricae procusi lucem conspexerint, numerus eorum pro pauperibus totius ADioeceseos huius scholaribus requisitorum exinde elici, hocque praehabito alioquota excusorum librorum pars, pro gratuita inter pauperes scholares distributione, congrue abhinc sollicitari possit.

Annotandum porro censui, singulas relationes scholares, huc intellectis etiam illis, quae tabellariter exhiberi solent (quarum aliquae adusque desiderantur), in omni parte pro termino praescripto, dioecetano huic Officio praestandas esse, usquedum de iisdem qualiter modificatis, quando item et quorsum exhibendis? via Cancellariae meae edocti fueritis. Strigonii die 25-a Januarii 1861.

**Nr. 409.**

Duae intra Parochiam Kis-Tapolcsán Docentis stationes vacant.

Concursus pro duabus Docentis stationibus, signanter in filiali possessione Loócz et Zsikava vacantibus et slavicae linguae notitiam requirentibus, in 7-am Martii a. curr. praesentibus defigitur.

Emolumenta prioris stationis efficit hortus 280 org. quadr. amplus; titulo institutionis a singula prole scholari, quarum circiter 30. numerantur, unus fluvius val. austr. porro 1/4 metr. pos. siliginis, item unum plaustrum ligni. Denique 7 metr. pos. siliginis et totidem hordei, quae Docenti qua praecoratori et aedituo obveniunt.

Proventus posterius memoratae stationis consistunt in fructibus agri 300 org. quadr. horti item 283 org. aequae quadr.; porro in didactro a prolibus scholaribus incirca 40 percipi solito, quarum singula 1/4 metr. pos. siliginis, unum ligni plaustrum et in aere parato 1 fluvium val. austr. dependit. Praecoratori et aedituo 11 1/2 metr. pos. siliginis accedunt. Proventus hos utrobique emolumenta pro munere Notarii obvencientia augent. Habitatio cubili, culina, camera et posteriore in loco etiam stabulo constat.

Recursus debite instructi Canonico hon. VADiacono et Parocho in S. Benedicto, Josepho Valentovich inscribantur et ad praestitutum Concursus terminum exhibeantur. Strigonii die 26-a Januarii 1861.

**Nr. 510.**

Petrovics Lud. obiit. Concursus publicatur.

Ludovicus Petrovics, Parochus Apajensis die 27-a curr. post suscepta moribundorum Sacramenta anno aetatis 45-o e typho cerebri in Domino obiit. Penes commendationem animae ejus solitis piis suffragiis simul Concursum pro reddito sic vacante Beneficio Apajensi usque ultimam affuturi mensis Februarii diem duraturum hisce publico. Strigonii die 31-a Januarii 1861.

benevolus

*Joannuelard H. Eger*



59

## Venerabili Clero Archi-Dioecesis Nostrae Strigoniensis Salutem in Domino et paternam Benedictionem!

Vilhelmo Szecsányi ad Beneficium parochiale Prassiczense translato, quod adusque tenuit Kisvendéghense, canonice vacans effectum est; pro quo competituri recursus suos usque ultimam proxime affuturi mensis Septembris diem mihi exhibeant. Strigonii die 16-a Augusti 1860.

**Nr. 3335.**

Kis-Vendéghense  
Beneficium vacat.

Admodum frequentes iam occurrerunt casus, e quibus non sine resensu cognoscere debui, quam multi sint, qui in adparandis literis foundationalibus semet haud adcommodant normis, abs me ope Circularium ddt. 8-ae Aprilis 1859. Nr. 1637. pro universali eaque stricta observantia praescriptis, merito sic suspicionem moventes, illos praecitatas Circulares vel prorsus non, vel saltem nimis obiter legisse, una Ordinari- atui necessitatem imponentes, ut illis defectuosas idmodi literas fundationales sine ad- probatione remittere, atque eos ad novas adparandas inviare debeat. Quod ut pro futuro evitetur, omnibus Vobis praecitatas meas Circulares in memoriam revocando, norma- rum, quas in se complectuntur, sicut in genere, ita in specie illarum, quae pias fun- dationes adtinent, exactam observantiam hisce novitus ac districtim iniungo.

**Nr. 3424.**

Circularium de  
manipulatione  
peculii sacri ob-  
servatio inculca-  
tur.

Cum porro observaverim, qualiter aliqui in eo adhaerere soleant, quod prae- scriptum literarum foundationalium formular unice de fundationibus causa mortis, me- dio testamenti factis, et non etiam de illis diserte sonet, quae per vivos seu scripta voluntatis declaratione fiunt: isti ad speciem solum difficultati obviaturus suppletorie innuo: quod videlicet loco eo, quo in formulari punctum testamentariae dispositionis inferendum indicatur, ipsa illa aut oralis aut scripta pii Fundatoris declaratio per ex- tensum inseri debeat.

Demum insinuo Vobis hac fidelia, quod positas in quaestione Circulares, in- structionem de qualiter manipulandis peculiis sacris in se continentes, posteaquam huius cognitio Syndicis quoque, in manipulationem influentibus necessaria esset, ex his autem vix aliqui linguae latinae gnari forent, in lingvas vernaculas transferri pro- curaverim, quodve requisito numero exempla pro parte cuiusvis Districtus consignan- da sint VADiaconis, Synodo dioecesanæ interventuris. Strigonii die 27-a Augusti 1860.

**Nr. 3556.**

Excelsum publicae institutionis Ministerium, ope Resolutionis sub 18-a Junii a. curr. Nr. 6979. editae, Cassoviae institutum formandarum pro pube foeminea magi-strarum et educatricum in eiate puellarum schola capitali, Monialibus S. Ursulae cre- dita erexit. Institutum hoc bienni cursu provisum, in sensu altiorum ordinum de Prae- parandiis emanatorum organisabitur et cum termino 1-ae Octobris a. curr. initium su- met. Muliebres concurrentes recursus suos et testimonia super absoluta cum bono suc- cessu 4-a classe scholae capitalis, superato 16-o aetatis anno, morali conversatione, corporea sanitate et immunitate ab omni defectu physico, qui easdem ad munus do- cendi inhabiles redderet, praecognitis item in cantu et pulsu clavicordii, usque praein- dicatum terminum dicti Instituti Directori Rssmo D. Canonico Josepho Árossy transponant. Id quod nexu Rescripti Consilii Locumtenentialis hungarici ddto 21-ae Augusti Nr. 15166. editi, Vobis fine edocendarum magistrarum puellarium hisce ad no- titiam perfero. Strigonii die 6-a Septembris 1860.

Munus magistrae  
in Praeparandia  
muliebri Cassovi-  
ensi vacat.

**Nr. 3562.**

In c. r. bibliopolio Viennensi venum prostat slavica versio libri, auctore Mos- hammer labio germanico editi, sub titulo: „Obrazy přirodni z říše Rako- uské“ in pensis foundationis a Sigismundo condam Sauter pro utilibus libris scho- lasticis edendis factae adornata. Pretium exemplaris incompacti in 40. xris, compacto- rum vero in 60. et 80. xris val. austr. defigitur. Librum hunc ceu talem, qui prae- miandis diligentibus scholaribus perquam accommodus est, nexu requisitionis a Consi-

Liber iconibus  
naturalibus refer-  
tus commendatur.

lio regio Locumtenentiali hungarico sub 21-a Augusti a. curr. N. 9922. ad me directae praevio fine adprocurandum, scholarum praeordinatis impense commendo. Strigonii die 6-a Septembris 1860.

**Nr. 3569.**

Docentis et Cantoris in filiali Kürth statio vacat.

Concursus pro hac labii hungarici statione, in filiali ad parochiam Vászárúth possessione vacante, et laudabili prorsus concernentis scholarum Inspectoris opera in proventibus notabiliter aucta, in 10-am affuturi mensis Octobris praesentibus defigitur. Emolumenta eiusdem sunt: 70. feni e cassa Communitatis; 30. incirca feni et 260. libones panis titulo institutionis prolium; 17. metr. poson. siliginis, nec non 190. fascies ramales ligni mollis a colonis. In terris arabilibus tenet 6. iugera agrorum, suis impensis cultivanda. Habitaculum cubili, culina, camera et stabulo absolvitur. Recursus debite instructi Districtus Dunaszerdahelyensis VADiacono et oppidi cognominis Parocho Joanni Szakváry inscribantur et exhibeantur. In quod Docentibus, subdocentibusque Vestris congrue notificetis. Strigonii die 7-a Septembris 1860.

**Nr. 3595.**

Pro Syris charitativarum symbolarum collecta disponitur.

Procul dubio ingemuistis super atrocissimis illis cladibus, incendiis, vastationibus, innumerisque aliis calamitatibus, quas infensissimus christiani nominis hostis per regiones Syriacas domesticis fidei nostrae recentissime intulit. E viginti et ultra eiatum Christianorum millibus magna pars in sui, suorumque defensione occubuit; residui, quibus successit vitam fuga salvare, omnibus expoliati hinc inde oberrant, et extrema cum inedia colluctantes, nobis cumprimis Europaeis confratribus suis flebili voce inclamant: miseremini nostri, miseremini nostri, saltem vos amici et confratres nostri!

Aperiamus igitur viscera misericordiae et exemplum SSmi Patris sequuti, qui, datis adhuc mense Julio ad respectivum Patriarcham paterna compassione plenis literis, adflictissimis his filiis suis, quantum per pontificii aerarii praesentes angustias licebat, opem pecuniariam ferre properavit, ipsi etiam una cum creditis curae fidelibus ad iuvandos infelicissimos istos confratres nostros charitativas symbolas pro modulo virium, quo fieri potest ocyus, conferre festinemus.

Si quid proin subsidii seu quisque Vestrum parte ex sua obtulerit, seu a fideli suo populo, praevis congrue provocando collegerit, id mox districtuali VADiacono resignandum erit; VADiaconi autem collata taliter in suis Districtibus charitativa subsidia, ad summum usque 20-mam proxime affuturi mensis Octobris diem ad Cancellariam meam Primatialeam dirigent, abhinc indilate ad suam competentiam promovenda. Strigonii die 9-a Septembris 1860.

benevolus

Joannuelard H. E. H. H.

# Venerabili Clero Archi-Dioecesis Nostrae Strigoniensis Salutem in Domino et paternam Benedictionem!

**Nr. 1422.**  
Joannes Kopsz, Secretarius Eppalis Sabariensis, SS. Theol. Doctor, Kopsziani operis alteram, auctioremque editionem operis abs se editi: „Presbyter in Synodali examine,“ „Presb. in synodali Examine“ annunciat. Superfluum foret continentias operis huius, utilitatemque pluribus recensere, cum illud ex prima editione utique quam plurimis notum sit. Auctior attamen isthaec editio reflexioni Vestrae peculiarius commendari meretur. Quibus proin animus fuerit librum hunc sibi comparandi, ii nomina sua via Vice-Archidiaconali Cancellariae meae ecclesiasticae insinuent. Strigonii die 25-a Martii 1860. secunda editio publicatur.

**Nr. 1612.**  
Concursus pro hac labii hungarici Docentis una Cantoris statione in 18-am In Besse Docentis statio publicatur. mensis Maii a. curr. praesentibus defigitur. Tenet in agris 4. iugera, quibus post imminentem commassationem 3. iugera accedent. Titulo lecticalis obveniunt 11. metr. pos. tritici et 4. metr. siliginis; e fundo Religionis et studiorum 37. fni 86. xr. titulo didactri incirca 20. fni; titulo stolae et offertorii incirca 30. fni; pro pinsendis hostiis 2. fni 40. xr. val. austr.; ligni cum frondibus incirca 2. orgiae. Habitaculum e duobus cubilibus, camera, culina constat; domuique scholari hortus 300. org. quadr. amplus adiacet. Recursus debite instructi surrog. Districtus Verebelyensis VADiacono Laurentio Gyurics, Parocho in Füss inscribantur et exhibeantur. Strigonii die 4-a Aprilis 1860.

**Nr. 1620.**  
Recursus pro hac labii hungarici, slavici et germanici in schola puellarum Subdocentis statio vacat Levae. statione, usque 18-am affuturi mensis Maii a. curr. surr. VADiacono et Parocho in Csejkó Matthaeo Dualszky, fine nominationis abs eodem in sensu ministerialis Resolutionis praesuscipiendae exhibeantur. Emolumenta stationis huius in 100. fnis val. austr. hospicio, item victu et lotione in domo ludimagistri, quem subdocens in funeribus iuvare et supplere obligatur, consistunt. Id quod ad notitiam doctorae Candidatorum, actualiumque Praeparandiae alumnorum, qui ex obiectis alterius quimestris privatim subin tentamen subire possent, extemplo perferatis. Strigonii die 5-a Aprilis 1860.

**Nr. 1625.**  
Altissimis Patentibus ddo 24-ae Aprilis 1859. §. 29-o in genere cautum est: ne legalis Congrua Curatorum, item publicorum Docentum per contributionem Communitatis (Gemeinde-Zuschläge, községadó) imminuatur. Ex occasione autem certi specialis casus, qui in ambitu Locumtenentialis sectionis Soproniensis recenter evenit, caes. regium Ministerium cultus, ope sui Edicti ddo 15-ae Februarii anni curr. Nr. 18395. decrevit: quod intuitu Curatorum, quorum Congrua per publicam contributionem infra systematicum statum deprimitur, normativa sit dispositio caes. regii Ministerii negotiorum interiorum ddo 5-ae Octobris 1858. Nr. 14113. sensu cujus iidem Curati a depensione communalium adjectamentorum (Gemeinde-Zuschläge, községi pótlékok) prorsus ita immunes sunt, sicut Officiales Status. Quod ipsum Vobis pro directivo notitiae statu, nexu Rescripti caes. regii Locumtenentialis sectionis Budensis, ddo 29-ae Februarii labentis anni Nr. 4015. hisce comunico. Strigonii die 10-a Aprilis 1860. Curati a depensis communalibus adjectamentis liberi.

**Nr. 1550.**  
Josephum Klezsó, in generali Seminario Pestinensi studiorum Praefectum, Jos. Klezsó, fatis functus. post pie suscepta moribundorum Sacramenta, die 2-a curr. mensis, anno aetatis 39. supremum diem obiisse hisce Vobis annunciando: animam eius singulorum piis suffragiis commendo. Strigonii die 5-a Aprilis 1860.

**Nr. 1634.**  
Adolphus Olgyay, Parochus Köbölkútensis, die 8-a curr. postquam Adolphus Olgyay obiit. praeve Sacramentis moribundorum provisus fuisset, anno aetatis suae 51. pie in Domino decessit. Quod autem tristissimum est, decessit in sequelam lethalis ictus, quem manus sicaria in caput eius lapide ante decem dies vibravit! Dum animam eius piis Vestrum omnium suffragiis commendarem, simul terminum pro recursibus, per adspirantes ad vacans redditum parochiale isthoc Beneficium exhibendis, in 15-am proxime affuturi mensis Maii diem hisce defigo. Strigonii die 12-a Aprilis 1860.

benevolus

Joannuelard Eppaly

56

## Venerabili Clero Archi-Dioecesis Nostrae Strigoniensis Salutem in Domino et paternam Benedictionem!

**P**ericula quae Statum Pontificium, inter abnormes modernas rerum in Italia convulsiones, circumdant, prout et damna quae idem vel adusque ab iniquissimis hostibus suis, perpeti debuit, omnibus Nobis nota sunt. Tristia haec adiuncta, necessitatem Sanctissimo Patri imposuerunt ut status sui vires armatas augere contendat iamve etiam ex omnibus christianis Nationibus confluunt Voluntarii, sub signis Papalibus pro Patrimonio Sancti Petri, libertate Sedis Apostolicae, recto rerum ordine, et iustitia dimicaturi.

Quo auctae taliter Status Pontificii expensae publicae perstringi possint, Sua Sanctitas mutuum 10. millionum Scutorum, 20. milliones in val. austr. efficientium, aperuit, subscriptionesque pro eodem mutuo non tantum intra ditones suas, sed et extra has colligi disposuit.

Terminus subscriptionum durat usque 15-am affuturi mensis Julii diem. Possunt autem subscribi Summae 100., 500., et 1000., Francs, (unum Franc á 54. xris val. austr. computando) et concernentibus quinque percentuale interusurium ferent, quovis semestri in argento exsolvendum.

Majorem itaque in modum provoco Vestram, in Sanctam Sedem Apostolicam, pietatem, ut quibus id e Vobis pecuniariae vires admiserint, in praedicto mutuo partem capere velitis.

Licebit ad finem hunc fundationales quoque nec non Ecclesiarum pecunias, in quantum elocabiles praesto essent, convertere.

Relationem de effectu huius meae provocationis una cum subscribendis summis, e quovis Districtu via respectivi Officii VADiaconalis, saltem usque 20-am Julii a. c. certo, operiturus sum. Strigonii die 22. Junii 1860.

Communicavit mecum c. r. Consilium Locumtenentiale Budense ddo 19-ae Maii a curr. Nr. 13317. cognomina plurium, quibus in vicem deperditarum testimonialium scholasticarum annuentibus politicis Dicasteriis Duplicata extrodata sunt, signanter;

Gunsch Francisco, testimonium maturitatis de 1855-o a Directione Gymnasii Schässburgensis;

Hejja Andreae, de examine maturitatis 1851-o absoluto, a Directione Gymnasii Claudiopolitani;

Hermann Emmanueli, testimonium maturitatis de 1856-o a Directione Gymnasii Klagenfurtensis;

Hörte Colomanno, absolutorium super conclusis studiis iuridicis, ab J. Universitate Pestinensi;

Nagy Gabrieli, testimonium maturitatis de 1854-o a Directione Gymnasii Debrecinensis;

Pollár Ernesto, de examine maturitatis de 185 $\frac{3}{4}$  item 6-a 7-a et 8-a classe, a Directione Gymnasii Jaurinensis;

Schreiner Georgio, absolutorium super conclusis studiis iuridicis, a J. Universitate Pestinensi;

Skala Ernesto, testimonium habilitatis de 1856-o ab Episcopali Consistorio Reginohradeciensi;

Stiaszny Maximiliano, testimonium maturitatis de 1853-o a Directione Gymnasii Nitriensis;

Umlauf Mauritio, de absoluto juridico status examine 1859-o a Praesidio Commissionis Pestinensi;

Vásárhelyi Geysae, absolutorium de superato cursu studiorum iuridicorum, ab Univ. J. Pestinensi;

Zdaril Joanni, testimonium maturitatis de 1857-o, a Directione Gymnasii Cremsiriensis. Cognomina haec scholarum Inspectores protocollis Gymnasiorum, scholarum realium, et ratione memorati Ernesti Skala Praeparandarum quoque et scholarum elementarium medio concernentium Directorum ad praecavendum cum deperdito originali omnimodum abusum inseri faciant. Strigonii die 12-a Junii 1860.

**Nr. 2616.**

Mutuum Papale  
Clero ADioec.  
commendatur.

**Nr. 2338.**

Duplicata testi-  
moniorum extro-  
danta.

**Nr. 2456.**

Docentis in Boleráz statio vacat.

Concursus pro vacante in oppido Boleráz, Patronatui Illmi Comitis Joannis Pálffy ab Erdőd obnoxio, labii slavici Docentis una Cantoris statione in 25-am affuturi mensis Julii praesentibus defigitur. Emolumenta eiusdem sunt: 10. iugera et 262. org. quad. in agris; 500. org. quad. in pratis; 35. metr. pos. siliginis a Communitate; una crux siliginis a singulo extraneo tenuta in oppido possidente; 2. urnae vini; tres orgiae ligni pro calefactione scholae; pascuum pro pecore; 7. fni Mon. Conv. e cassa Communitatum; 200. fni titulo didactri; 25. fni e foundationibus item stola et aliis; denique 133. fni ad complementum congruae in 360. fnis M. Conv. defixae et locumtenentialiter ratihabitae, unde subdocens solvi, intertenerique debet. Habitaculum tribus cubilibus, culina, camera, stabulo et reclinatorio absolvitur, domuique scholari hortus 476. quad. org. amplus adiacet. Recursus debite instructi supramemorato I. Patronatui inscribantur et ad praedictum terminum surr. VADno Districtus Szomolányensis Francisco Jelinek, Parocho Longovillensi exhibeantur. Strigonii die 17-a Junii 1860.

**Nr. 2462.**

Observationes ministeriales de statu schol. elem.

Excelsum cultus et publicae institutionis Ministerium, nexu substratae sibi abs c. r. sectione Locumtenentiali Soproniensi de statu scholarum elementarium pro anno 1857<sup>8</sup>. relationis, sub 28-a Aprilis a. curr. Nr. 1528. quaequam normae instar praescripsit, signanter:

Ratione frequentationis scholarum, quo ad notitiam prolium scholae capacium perveniatur, conscriptio earundem in locis scholae ingremiatis quotannis ad finem feriarum autumnalium, per Docentem, in consortio localis scholae Curatoris, cooperante, si adesset, etiam subdocente praesuscripi debet, quam consignationem Curatus accurate cum Matriva baptisatorum conferet.

Cum rei scholaris progressus a sedula Docentum adplicatione ut plurimum dependeat, peculiari attentione prosequendi sunt illi, qui obligationibus suis partim defectu habilitatis, paratim vero e defectu necessariae solertiae et zeli minus respondent, semet in munere institutionis inordinatos et incurios exhibent, ideoque in tabellari de statu scholarum relatione ceu mediocres sistuntur. Negligentes vel inordinata vitae ratione offendiculum praebentes subdocentes non tolerantur, verum citra omnem respectum ab institutionis munere amoveantur, si iteratis monitionibus morem haud gererent.

Interruptio institutionis tempore scholarum frequentationi favente, quae pluribus in locis notatur, omnimode praecaveatur. Quare Docentibus sub comminatione amissionis partis proventuum inhibendum erit, institutionem scholarem proprio arbitrio et sine scitu ac expresso assensu Curati et scholarum Inspectoris abrumpere.

Ratione denique divisionis praestationum naturalium inter Docentem in matre et illum in filiali inducendum occasione erectionis scholarum filialium praesuscripiendae, omni cum circumspectione procedatur. Ante omnia disquiri et stabiliri debet, num muneri Docentis, vel Cantoris, aut vero utrique praestationes in quaestione vertentes primitus destinatae fuerint. Id quod iu occurrentibus casibus normativi instar deserviturum hisce ad notitiam Vestram perfertur. Strigonii die 18. Junii 1860.

benevolus

Joannulard Hysty

57

## Venerabili Clero Archi-Dioecesis Nostrae Strigoniensis Salutem in Domino et paternam Benedictionem!

**Nr. 2803.**  
Concursus pro hac labii hungarici Docentis una Cantoris statione sub 29-a Aprilis a. curr. Nr. 1882. publicatus, in 16-am Augusti a curr. novitus annunciat. Concursus pro Docentis statione in Uj-Bars republicatur.  
Emolumenta eiusdem illic recensita facillioris communicationis gratia isthic enumerantur, nempe: 16½ metr. pos. frumenti mixti; incirca 12. metr. pos. hordei a scholaribus; incirca 37. fni MC. titulo lecticalis; titulo institutionis prolium 12. fni 30. xri MC; porro pullus et perna a singula prole, vel calculo relutionali 7. fni 30. xri MC; ab Ecclesia in aere parato 8. fni MC; titulo calefactionis scholae quoque tres orgiae lignorum; praeterea redditus stolares et canabetum ½ metr. pos. capax. Tempore commassationis ½ sessio colonialis in agris et pascuo accedet, uti etiam fixa solutio e cassa Communitatis pro institutione in scholis dominicalibus. Recursus debite instructi scholarum elementarium Inspectori Districtus Levensis Matthaeo Dualszky, Parocho in Csejkő, inscribantur et exhibeantur. Strigonii die 10-a Julii 1860.

**Nr. 2930.**  
Pro hac labii slavici Docentis et Cantoris statione Concursus in 23-am Augusti a. curr. praesentibus defigitur. Proventus illius consistunt in 180. fnis v. austr. a Communitate, item 4. fnis 62. xris ab Ecclesia percipi solitis; in 36. metr. pos. siliginis; incirca 6. urnis musti; 8. orgiis ligni, unde et schola calefieri debet; 8. denique agrorum iugeris propriis sumtibus cultivandis. E stola incirca 15. fni, ex offerentiis 10. fni v. austr. obtingunt; pro expropriatis vero societati strati ferrati fundis 7. fni 20. xri annue obveniunt. Habitatio duobus cubilibus, culina, duabus cameris, reclinatorio et stabulo absolvitur, domique hortulus adiacet. Recursus requisitis testimoniis instructi scholarum Inspectori Districtus Baziniensis, Canonico hon. Stephano Szuchányi, Parocho Modrensi inscribantur et ad praeindicatum Concursus terminum exhibeantur. Quodipsum Docentibus subdocentibus item Vestris congrue ad notitiam perferatis. Strigonii die 15-a Julii 1860.

**Nr. 2974.**  
Dum ope circularium ordinum sub 1-a Octobris 1859. Nr. 3585. dimissorum visitationem scholarum elementarium impense Vobis tum ex ratione incumbentis Officii, tum ut altissimae intentioni Suae Maiestatis Sacratissimae satisfiat, commendassem, scholarum Inspectores ad desumendas titulo peractae visitationis scholarum e fisci Ecclesiarum pro anno 1858/9 quottas cum eo activisavi, ut quottarum harum a parte Ecclesiarum ipsas perstringere nequeuntium consignationem pro duobus annis, signanter 1858/9 et 1859/60 fine exassignationis ad fundum studiorum sollicitandae, simul et ad semel horsum exhibeant. Cum igitur annus scholasticus postremo memoratus ad finem vergat, neque dubitem praementionatam scholarum visitationem aut jam occasione publicorum examinum a scholarum Inspectoribus rite praesusceptam, aut certe occasione visitationis VADiaconalis praesuscipiendam esse: connotationem Ecclesiarum, tam matricum quam filialium, quarum fisci pensum visitationis scholarum perstringendo haud sunt, una cum summa quottarum pro utroque anno obvenientium, a parte Districtuum c. r. condam sectioni Consilii Locumtenentialis Poseniensis adscriptorum, opperior. Reflecto hac occasione scholarum Inspectores illorum Districtuum, intra quorum ambitum Gymnasia reperiuntur, ut relationem de profectu iuventutis in Doctrina Religionis per decursum anni scholastici facto, quanto ocyus horsum exhibendam apud Directores Gymnasiorum adurgeant, tabellas item pro usu schematismi tempestive submittant, consignatione Docentum et numeri scholarum primum mense Novembri exhiberi solita. Strigonii die 18-a Julii 1860.

**Nr. 3029.**  
Concursus pro hac labii pure hungarici statione, ad Matrem Nagyhind filiali, ope circularium literarum sub 13-a Maii a. curr. Nr. 2124. annunciat, praesentibus republicatur, proque eodem asservando 25-a Augusti a. curr. defigitur. Emolumenta ipsius dictis circularibus ordinibus speciatim recensita 224. fnos 40. xros val.

austr. efferunt et ope fassionis scholaris debite assecurata existunt. Recursus ad prae-  
indicatum Concursus diem VADiacono Districtus Nagy-Czétény Joanni Druzsbo-  
vics, Parocho in Vajk exhibeantur. Strigonii die 22-a Julii 1860.

**Nr. 2903.**

Alexii Ondrejkovics emeriti Parochi Mariavallensis, die 11-a curr. m. post suscepta moribundorum sacramenta, anno aetatis 73. pie in Domino defuncti animam piis suffragiis Vestris commendo. Strigonii die 14-a Julii 1860.

Ondrejkovics  
Alexius obiit.

benevolus

*Joannuclard Eytz*



austr. efferunt et ope fassionis scholaris debite assecurata existunt. Recursus ad prae-  
indicatum Concursus diem VADiacono Districtus Nagy-Czétény Joanni Druzsbo-  
vics, Parocho in Vajk exhibeantur. Strigonii die 22-a Julii 1860.

**Nr. 2903.**

Alexii Ondrejkovics emeriti Parochi Mariavallensis, die 11-a curr. m. post suscepta moribundorum sacramenta, anno aetatis 73. pie in Domino defuncti animam piis suffragiis Vestris commendo. Strigonii die 14-a Julii 1860.

Ondrejkovics  
Alexius obiit.

benevolus

*Joannuclard Eger*





# Venerabili Clero Archi-Dioecesis Nostrae Strigoniensis Salutem in Domino et paternam Benedictionem!

In c. r. bibliopolo Viennensi nova prostat editio libri arithmetici, annis superioribus ad scholas elementares inducti, sub titulo: „Methodik des Kopfrechnens, für die I. und II. Klasse. Wien 1859“ a 30. xris; item: „Methodik des Zifferrechnens in Verbindung mit dem Kopfrechnen, für die III. und IV. Klasse der Volksschulen. Wien 1859“ a 37. xris v. a. Uterque hic liber, utpote habita ad novam valutam austriacam attentione novitus concinnatus, nexu Rescripti ministerialis sub 6-a Julii a. curr. Nr. 8427. editi, mecumque via Consilii regii Locumtenentialis hungarici ddo 26-ae ejusdem Nr. 3852. communicati, pro scholis elementaribus superioribus et Praeparandiis labii germanici in vicem priorum, usui scholari dehinc subducendorum praescribitur. Strigonii die 6-a Augusti 1860.

Nr. 3213.  
Liber arithmeti-  
cus praescribitur.

Siquidem observationes, quas Excelsum publicae institutionis Ministerium, ad exhibitam sibi de statu scholarum elementarium Locumtenentiae olim Poseniensis, anno 1857/8. obtinente relationem sub 21-a Junii a. curr. Nr. 4238. fecit, mecumque via Consilii regii Locumtenentialis hungarici ddo 8-ae curr. Nr. 375. communicavit, maiore sui parte directivo notitiae statui deserviant: non moror tales pro congruo in futurum usu ad notitiam Vestram praesentibus perferre. Et quidem:

Nr. 3257.  
Reflexiones mini-  
steriales ad sta-  
tum scholarum  
de 1857/8 exhibi-  
tum.

a) Notabiles occurrunt in rubricis quibusdam inter annum quaestionatum et mox praecedentem differentiae, quas ut attente in futurum observetis, Tabellam A) anni prioris et adusque Vobiscum communicare consuevi. Ubi igitur differentiae idmodi reapse occurrunt, earum causam et explanationem in rubrica observationum, vel distincto instrumento adiciere oportebit.

b) Cum lingua institutionis pluribus in scholis duplex obtineat, numerus idmodi scholarum distincta rubrica comprehendatur. Hunc in finem rubricae columnae 5-ae Tabellae A) utpote quae e praescripto vacuae relinquuntur, facta congrua capiti inscriptione, opportune deservient.

c) Ratione aedilitatum scholarium Excelsum Ministerium nil in obversum habet, ut in casibus singularibus, et praesertim tunc, dum vir fiducia dignus Communitati praeest, aut Curatus ipse localis inspectionem aedilitatis in se assumit; porro ubi ad aedilitatem concurrentes in idipsum consentiunt, nec etiam structura ad rationes fundi cuiuspiam publici praesuscepitur, cura aedilitatis Communitati committatur; invigilandum erit attamen, ut aedificium per omnia scopo conforme, durable et indigentis apprimè respondens educatur, habitatioque Docentis semper intra septa domus scholaris constituatur.

d) Quoad subdocentes mediocris adplicationis notandum: tales primum medio scholae Directoris item Inspectoris ad institutionem sedulo impendendam et ad semet uberius perficiendum exstimulandos, et ubi iterata adhortatio in irritum caderet, alio transponendos, aut pro re nata a munere docendi amovendos esse.

e) Excelsum Ministerium indiscriminatim haud urget, ut, nominatim in Communitatibus illis, quae mediis Docentem congrue dotandi destituuntur, munus Notarii ab illo Docentis separetur; curandum attamen enunciat, ut ubi coniunctio munerum horum adhuc praexistit, institutio scholaris detrimentum haud patiat, tempus institutioni sacratum Docens muniis Notarialibus haud insumat, neque — et quidem sub comminatione amissionis servitii scholaris — institutionem scholarem proprio arbitrio, sine scitu et annutu scholae Directoris Inspectorisve, pro breviori vel longiori tempore arumpere audeat. Denique

f) Sollicitatam ratione frequentationis scholarum dominicalium adurgendae coactionem externam nisi tunc efficacem futuram enunciat dictum c. r. Ministerium, ubi regularis institutio ferialis, singularis in Docentibus et Catechetis officii zelus et seria e parte Directorum et Inspectorum scholarum ad intentum finem cooperatio — veluti

conditio, sine qua non — praeexstiterit. Notandum quoque, nullum ibi bonificationi pro dominicali institutione locum esse, ubi Docentes institutionem hanc impertientes congrue dotati sunt.

In reliquo Excelsum Ministerium cum solatio confitetur, statum scholarum elementarium ADioecesis huius, c. r. olim sectioni Locumteneutiali Poseniensi ingremiatarum, tam internum quam externum, adminiculo conformis tradendarum disciplinarum methodi, conferentiarum cum Docentibus et regulatae institutionis scholaris multum omnino profecisse, spemque haud infundatam fovet, quod penes adusque testatam promptam, energicam et fructuosam dioecesani huius Officii operam, sedulam item deinceps quoque cooperationem Vestram, res scholaris in dies amplius promovenda et ad laetam efflorescentiam perducenda sit. Strigonii die 10-a Augusti 1860.

Nr. 3296.  
3320.

Vacans Docentis  
in Lamacs &  
Románfalva  
statio publicatur.

Concursus pro utraque Docentis et Cantoris labii slavici statione in 22-am Septembris a. curr. hisce defigitur. Emolumenta prioris consistunt: in agris 12. metr. et pratis trium falcastrorum, pro quibus titulo cultivationis 13. fni MC, dependuntur. Porro in 40. fnis titulo didactri a Communitate solvendis; 12. fnis titulo adiutae e fundatione; 20. incirca fnis titulo stolae; 12. metretis siliginis titulo lecticalis, uno insuper manipulo a singula domo; 2½ urnis musti; sex lignorum orgiis ab J. Patronatu percipi solitis. Calefactionem scholae Communitas perstringit. Habitaculum cubili, culina, camera et stabulo pro tribus vaccis, quae libere pascuntur absolvitur, domuique hortulus ½ metretae capax adiacet. Proventus posterioris constituuntur: in agris 4 metr. pos. cauleto ¼ metr. pos. canabeto itidem tantae capacitatis, quae omnia a Communitate cultivantur, quibusve per commassationem 4 metr. pos. adiiicientur. E cassa Communitatis obtingunt 50. fni val. austr. a singula prole scholam frequentante, quales 60—70. numerantur, 42. xri val. austr. ½ metr. pos. siliginis et 5. fascies lignorum. Habitaculum commodum est. Recursus juxta praescriptum instructi Districtus Stomffaensis VADiacono Nicolao Teóreós, oppidi cognominis Parocho, item Antonio Fritsch VADiacono Ujlakensi et Parocho in Lakács inscribantur et ad praeindicatum Concursus terminum exhibeantur, ratione stationis Lamacsensis cum Patrono, si talis jus praesentandi exerceret, abs scholarumInspectore prius memorato communicandi. Id quod Docentibus, subdocentibusque Vestris congrue notificetis. Strigonii die 16-a Augusti 1860.

benevolus

Joannuelard H. E. H. H.



59

## Venerabili Clero Archi-Dioecesis Nostrae Strigoniensis Salutem in Domino et paternam Benedictionem!

**Nr. 3030.**  
Liber methodicus commendatur.

In c. r. bibliopolio Viennensi venum prostat hungarica editio libri lectorii sub titulo: „Al-osztály. Utmutatás az „A. B. C. és olvasókönyv szellemében“ kezelendő első oktatásra. Németül írta Hermann Ferencz. Magyar iskolák számára átdolgozta Mészáros Imre. Bécsben. 1860.“ Pretium compacti exemplaris in 41. xris val. austr. defixum est. Methodicum hunc librum, nexu Resolutionis Excelsi publicae institutionis Ministerii sub 26-a Junii a. curr. Nr. 8220. editae, mecumque ope Rescripti Consilii regii Locumtenentialis hungarici ddo 10-tae Julii Nr. 611. communicatae, Docentibus scholarum elementarium labii hungarici, nec non Docentibus Praeparandiarum impense eo addito commendo, quod occasione examinum habilitationis ratione tractandi libri lectorii juxta methodum isthic contentam pertentandi sint. Strigonii die 21-a Julii 1860.

**Nr. 3047.**  
Domibus e correctoriis dimissos tractandi modus.

Caesareo-regium Ministerium internorum negotiorum sub 15-a Junii a. c. Nr. 13233. praescripsit normas, iuxta quas tractandi sunt illi, qui e domibus correctoriis rursus ad consortium et societatem hominum remittuntur. Normae hae eo collineantes: ut quaestionata individua in tramite recti ac honesti retineantur, contra relapsus praeserventur, in quaerendis iusto modo vitae mediis adiuventur, verbo utilia societatis humanae membra evadant, recenter per Caes. regiam Locumtenentialem sectionem Posoniensem pro conformi effectum cum Jurisdictionibus Cottensibus, in comitiva congruae instructionis, communicatae existunt. Et quia in sensu modo memoratae instructionis ab praeadtactum salutarem finem cooperatio quoque Curatorum iterato expetenda erit, ut hanc provocaturis organis politicis omni cum promittitudine, iam vel ex obtutu humanitatis et christianae proximi charitatis, praestare connitamini, nexu directae ad me eatenus ab antelata Locumtenentiali sectione officiosae requisitionis, Vobis hisce impense commendo. Strigonii die 24-a Julii 1860.

**Nr. 3125.**  
Késmarkini statio Docentis scholae puellarum vacat.

Nexu requisitionis Consilii regii Locumtenentialis hungarici sub 15-a curr. Nr. 2791. ad me directae, Concursum pro vacante Docentis in schola puellarum Késmarkini statione in ultimam mensis Augusti diem praestitutum hisce Vobis annuncio. Emolumenta stationis huius, in defectu Docentum muliebrium viri opera providendae, in annuis 273. fnis val. austr. titulo salarii, 42. fnis titulo pensi quarterly, nec non 6. lignorum orgiis consistunt. Concurrere intendentes recursus suos, testimonio super habilitate pro scholis capitalibus, perfecta linguae germanicae et hungaricae peritia, aetate, religione, inculcata morali et politica conversatione, cognitione linguarum nefors plurium, sique mulier concurreret, super habilitate quoque puellas in manualibus laboribus muliebribus instituendi instruant, atque via concernentium Inspectorum scholarium Districtus Késmarkinensis VADiacono et Parocho in Leibitz usque praeindicatum Concursus terminum transponant. Strigonii die 29-a Julii 1860.

**Nr. 3145.**  
Beneficium Nádas vacans est.

Per translationem Michaelis Laucsik ad parochiale Beneficium Alsó-Palothaense, Parochia Nádasensis in vacantiam recidit; pro qua competentes recursus suos, concernenti Patronatui inscriptos, usque 16-am affuturi mensis Septembris diem mihi exhibendos habebunt. Strigonii die 1-a Augusti 1860.

**Nr. } 3154.  
} 3155.**  
Concursus pro Docente scholae capitalis Schemniciensis et Znyo-váralljaensis indicitur.

Terminus Concursus pro utraque hac Docentis statione asservandi, ope Rescripta Locumtenentiali Consilio ddo 21-ae Julii Nr. 6701. editi, in 24-am mensis curr. defixus est. Emolumenta Docentis Schemniciensis in annuis 210. fnis titulo salarii, 52. fnis 50. xris titulo pensi quarterly, 31. item fnis et 50. xris titulo lignorum, nec non 63. fnis val. austr. titulo institutionis in schola dominicali impertiendae obvenientibus consistunt. Proventus vero Docentis scholae capitalis in Znyo-várallja, qui una Directoris munere fungetur, 420. fnis v. austr. 12. lignorum orgiis et gratuito hospitio absolvuntur. Competentes recursus suos Consilio regio

Locumtenentia hungarica in scriptis genuinis super religione, patria, docendi habilitate, in servitiis scholaribus adplicatione, moralitate, linguarum item germanicae et slavicae peritia documentis instruant, atque concernentibus scholarum Inspectoribus Schemnicium et ad Szklenó (Comit. Thurócz.) usque praememoratum Concursum diem dirigant. Id quod Docentibus Vestris congrue ad notitiam perferatis. Strigonii die 1-a Augusti 1860.

**Nr. 3192.**

Duae Docentum  
in schola reali  
Jaurinensi  
stationes vacant.

Concursus pro utraque hac statione in 20-am curr. mensis, ope Rescripti Consilii Locumtenentialis hungarici sub 21-a Julii Nr. 9305. editi et nunc primum mihi exhibiti, defigitur. In vacante una classe lingua germanica, arithmetica, geometria et geometrica delineatio; in altera vero historia naturalis, physica et chemia, et utrobique quidem lingua praeferebantur hungarica tradentur. Emolumenta singulae stationis in 630. flnis val. austr. penso item quarteriali 84. flnorum consistunt, cum sperativo post decennium salariali augmento. Recursus manu propria exarandi regio Locumtenentia Consilio hungarico inscribantur, testimoniisque super aetate, religione, docendi habilitate pro scholis realibus, servitiis in re scholari adusque praestitis, perfecta linguarum hungaricae et germanicae notitia, super inculcata denique morali et politica conversatione instruantur et via scholarium Inspectorum Reverendissimo Ordinariatu Jaurinensi transponantur. Strigonii die 5-a Augusti 1860.

benevolus

*Joannuelard H. H. H.*



60

## Nagykéri Scitovszky Ker. János,

a római sz. egyház jeruzsalemi sz. keresztről czimzett áldozár Bibornoka, esztergomi Érsek, az apostoli sz. szék született Követe, Magyarország herczeg-Primása, fő- és titkos Canzellárja, sz. István apostoli király jeles rendjének Praelatusa, ugyane, s Lipót császár jeles rendje nagykeresztes vitéze, Ő cs. kir. ap. Felsége val. b. t. tanácsosa, a bölcsészet s sz. hittan tudora, Aranymisés áldozár stb. stb.

### Krisztusban kedves Hiveim!

Örömet hirdetek nektek, mely valamint szívem mélyéből fakad, ugy kelle-  
mesen hat minden jó magyar szivre. Isten megemlékezett régi irgalmáról, me-  
lyet őseinknek ígért, midőn őket e boldog földre vezette, utóbb pedig szent  
István első királyunk apostoli működése által fiaivá, Krisztusnak pedig örökös  
társaivá fogadta. Mária országa, Mária népe ismét visszanyerte alkotmányát,  
melyet első szent királyunk szerzett, s a szeplőtelen szűz édes nagyasszonyunk  
oltalmába ajánlott, s a mely felett örködtek azon szentek, kiket a magyar  
föld szült, s a lefutott földi pálya után egy boldogabb országba átküldött,  
hogy ott a mindenható trónja előtt egykori hazájuknak és nemzetüknek szó-  
szólói legyenek. A legjobb szivü Fejedelem meghallgatta azon lelkes s igaz-  
ságos szavakat, melyek több, hazájukat s nemzetüket igazán szerető férfiak  
szivéből s ajkairól trónjának zsámolyára hullottak; édes örömmel foglal-  
zott alkotmányunk visszaállításával, mint ennek szemtanuja voltam, s mit  
sem óhajt inkább, minthogy ezen ujjá születés nagy és dicső müve minél ha-  
marább bevégeztessék.

A magyar haza tehát ismét él! az eddigi ideiglenes állapot, hála  
Istennek, már szünik! ügyeit önmaga rendezi, s panaszát, nehézségeit, ké-  
relmeit a magyar Cancellaria útján, még pedig édes magyar nyelvén terjeszt-  
heti királya elébe. —

És azért nekem mint főpásztornak sürgőbb, egyszersmind édesebb kö-  
telességem nem lehet, mint buzgó hálát adni Istennek, hogy magyar népét,  
gondviselésének ezen kézzel fogható s csodálatos tette, törvényes alkotmá-  
nyának élvezésére ismét visszavezette, — nem lehet reám nézve szentebb  
foglalkozás, mint buzgó szivvel kérni Istent, hogy írta ki közülünk az  
egyenetlenséget, mely a történelem tanusága szerint átok gyanánt sujtotta né-  
pünket; élessze föl bennünk őseink szellemét, hogy semmit Isten nélkül,  
mindent csak Istennel tegyünk, és a kiket egy föld szült, egy kapocs füz-  
zön egymáshoz.

Mivel pedig Isten az emberi nemzet üdvét s jólétét csak emberek, külö-  
nösen pedig azok által eszközli, kiket hatalommal fölruházott: adjunk méltó  
hálát Felséges Urunknak s Királyunknak, ki a legnagyobb akadályok da-  
czára is hű népének kívánatát, ha későbben is, de őszintén teljesítette; —

hű ragaszkodásunk, jobbagyi bizodalunk és törvényes engedelmisségünk által ügyekezünk közremunkálni, hogy a megkezdett nagy művet koronájának ékességére, nemzetünk boldogítására sikerrel bevégezhesse. — Egyetértés a kis ügyeket neveli, a viszálykodás a legnagyobbakat is megdönti.

Méltó hálával tartozunk azon honfiaknak is, kik ügyeink mellett alaposan és lelkesen fölszólaltak, kik a királyi akarat végrehajtásával ernyedetlen buzgalommal fáradoztak. Nem kételkedem, irányukban azon nyilatkozatot tenni, hogy nem saját, hanem egyedül hazájuk hasznát keresték; egykor pedig a történelem lapjain tündökleni fognak neveik.

Mivel pedig nincs oly szent és üdvös ügy, mellynek ellenei ne találhatnának, mitsem várhatunk egyebet, minthogy a királyilag visszaadott alkotmány ellen is némelyek fölszóalhatnak; de az olyanoknak szavaik megtántorítsanak benneteket; mert a teendők sokasága s nagyvolta miatt egy tökéletes átalakulás rögtön nem hajtható végre. Ámbár pedig nemzetünk dicsőségére igazsággal elmondhatjuk, hogy a nemesség eljárása a nem nemesek irányában méltányos, s általjában atyáskodó vala; mindazáltal hogy a kor igényei s nép kívánatai kielégíttessenek, elhatározott akaratja Felséges Urunknak, hogy a törvényhozásba a honfiak által kidolgozandó és általa helybenhagyandó mód szerint a nép is befolyjon, ugy nem külömben biztosítja legkegyelmesebben hű alattvalóit arról is, hogy ezentúl meghagyatik mindazon szabadalmak és kiváltságok élvezetében, melyekben az 1848-iki törvény őket részesítette; és azért például a robot, vagy tized behozatalától tartani nem egyéb lenne hiu rémnél, alaptalan félelemnél.

Ezeket akartam veletek tudatni, kedves Hiveim! hogy az alkotmány visszaállításából eredett örömötök teljes legyen; hogy a törvényes engedelmisség kölcsönös bizalom, békés együttlét és a jó rend megtartása által a magyar nemzet dicsőségét épen tartani és megőrizni el ne mulasszátok; hogy a magyarnak jelleme, melynél fogva a különféle nyelvű polgárokkal legszebb egyetértésben élt, köztetek is sértetlen és szeny nélkül maradjon; hogy az álnok ámitások és alaptalan ígérek ellen magatokat óvjátok; hogy Isten előtt feddhetetlenek legyetek, a világ előtt pedig, melynek szemei különösen jelenleg rajtatok csüggnék a nemzetnek becsületét megőrizzéték.

Én pedig valamint eddig, ugy ezután is Istenem és egyházam után egyedül nektek, egyedül Hazámnak akarok élni, a ti boldogságtok az enyim is, a ti veszedelmetek az enyim is. Nem is szünök meg kérni az irgalmasság Atyját, hogy gondviselése örködjék felettetek, és maradékaitokon egész a világ végezeteig; hogy Isten a magyarnak gondviselő atyja, a magyar pedig Istennek engedelmes fia maradjon mindég; hogy a szeplőtelen Szűz, édes Nagya-szonyunk oltalma soha se távozzék rólatok; hogy azon Szentek, kiket e magyar föld szült, oltalmatok és védőitek legyenek mindenkor. Szent Isten! nézz le mennyei dicsőséged székbül e Honnak Királyára s minden lakóira, — hogy mit tőled esedezve kérünk, azt hathatósan szívünk megnyugtatóására élvezhessük! — Ennek jeléül adom főpapi áldásomat mindnyájatokra — az Atyának és Fiunak, és Szentlélek Istennek nevében. Amen.

Kelt Esztergomban, October hó 24-ikén 1860.

**János** m. k. Bibornok-Primás.

61

## Venerabili Clero Archi-Dioecesis Nostrae Strigoniensis Salutem in Domino et paternam Benedictionem!

**Nr. 4201.**  
Docentum et numeri scholarium consignatio expectitur.

Consignatio Docentum et numeri scholas frequentantium prolium, decursu mensis Novembris pro usu schematismi ad annum insequentem imprimendi exhiberi solita, a parte 25. Districtuum VADiaconalium adusque submissa haud est, indubie causa ex illa, quod ruricolae parentes ante plene terminatos campestris in autumnum labores, et antequam cuncta terrae producta mensibus Octobri et saepe etiam Novembri collegissent, de prolibus suis, quarum usum domi capiunt, ad scholam mittendis nec cogitent quidem. Ut adeo officiosa de numero frequentantium relatio ad praevium terminum deposta, cum dimidio mensis Decembris tempestive horsum appellat, dummodo datae abhinc inviatiōi conformiter ita concinnata sit, ut ex templo prelo subiici possit. Strigonii die 25-a Novembris 1860.

**Nr. 4418.**  
Liber lectorius pro scholis capit. annunciat.

Consilium regium Locumtenentiale hungaricum ope Rescripti sub 8-va curr. Nr. 32199. communicavit mecum exemplar libri lectorii germanici, usibus scholarum capitalium et civicarum huius labii, intra ambitum Monarchiae Austriacae existentium, ductu factarum ab Ordinariatibus Regni Hungariae reflexionum novitus recusī; ut adeo nil prorsus obstat, quominus idem, in conformitate altiorum ordinum ddo 27. Decembris 1859. Nr. 18777. eatenus editorum, apud nos quoque usuetur. Id quod pro congruo Directorum, Inspectorumve in dictis scholis capitalibus notitiae statu hisce annuncio. Strigonii die 10-a Novembris 1860.

**Nr. 4433.**  
Quipiam a docendo arceatur.

Maximilianum Parlavszi, subsidiarium in Galicia Docentem, ob crimen seductionis ad lasciviam unius anni carcere mulctatum, ideoque ad munus docendi publicum et privatum pro inhabili declaratum esse, nexu Rescripti Consilii Locumtenentialis hungarici sub 2-a Octobris a. curr. Nr. 25247. editi, fine eo Vobis notifico, ut ad exigentiam praevigentium eatenus ordinum dioecesanorum idipsum protocollo scholari, occasione Concursuum, aut susceptionis ad munus docendi debite excutiendo, rite inseratis. Strigonii die 15-a Novembris 1860.

**Nr. 4530.**  
Juvenes aliquot e scholis excluduntur.

Ope Rescripti a Consilio regio Locumtenentiale hungarico sub 11-a et 13-a curr. Nr. 32750. item 33060. editi significatur: Gratianum Matulka bohemum, in schola superiore reali Linciensi 3-ae classis alumnum, annorum 17. rom. catholicum, ob repetitum furti reatum, altiore Loco ex omnibus intra Monarchiae ambitum scholis realibus ac gymnasialibus exclusum esse; Jacobum porro Menkes et Hermanum Kolischer, propter grave contra pudicitiam commissum crimen, ab omnibus scholasticis Institutis arceri. Quod ipsum pro officioso notitiae statu dictis literariorum Institututorum Directoribus hisce cum eo notum redditur, ut occasione susceptionis alumnorum ad scholas curae suae creditas, cognomina idmodi exclusorum sedulo pervolvant. Strigonii die 21-a Novembris 1860.

**Nr. 4566.**  
Directores, Docentesque scholar. alt. elementarium adiurandi.

Regulativis ordinibus sub 27-a Octobris 1857. Nr. 741. in re scholari editis, signanter §. 9-o sancitum est, ut adiurationem Directorum, Docentumque in scholis elementaribus altioribus, uti: Praeparandiis, scholis subrealibus et capitalibus, Ordinarius ipse, si in loco degat, perficiat, secus vero eandem scholarum Inspectoribus committat. Actioni huic, in sensu novissimorum ddo 22-ae Octobris a. curr. Nr. 4891. editorum, mihi sub 14-a curr. Nr. 35312. intimatorum altiorum ordinum, concernentes scholarum Directores inomisse interveniant, desuperque adiurans relationem politicae Jurisdictioni, sine exassignandi competentis salarii aut honorarii praestabit. Formula iuramenti sedulam officii adimpletionem et intemeratam erga organa Regiminis fidelitatem clare contineat. Iuramento rite in Ecclesia deposito, ab iisdem, sacra synaxi praevie

expiatis, insuper professio fidei eliciatur. Haec in vicem iuramenti a Docentibus scholarum elementarium inferiorum i. e. trivialium quoque excipienda erit, vel per scholarumInspectorem, vel localem Curatum, ceu Directorem praevis per hunc requirendum, et id quidem, uti usu invaluit, occasione introductionis ad impetratam stationem, praemissa sacra exomologesi, in publico populi fidelis et pubis scholasticae concursu in Ecclesia, penes brevem obligaminum Docentis, aestimii item et mercedis iuste eidem competentis adumbrationem, Decretique nominationis publicationem fiet, quo sic actui introductionis religiosus typus concilietur, momentum item muneris Docentum singulis clare ob oculos sistatur. Id quod pro congrua observantia Vobis hisce iniungitur. Strigonii die 22-a Novembris 1860.

**Nr. 4579.**

Kamenár Jo-  
annes obiit.

Joannes Kamenár, Archi-Dioecesis Presbyter, die 15-a curr. Tirnaviae, anno aetatis 46. post pie suscepta moribundorum Sacramenta in Domino obiit; cujus proin animam solitis piis suffragiis hisce commendo. Strigonii die 24-a Novembris 1860.

benevolus

*Joannuelard H. E. H. H.*



62

## Venerabili Clero Archi-Dioecesis Nostrae Strigoniensis Salutem in Domino et paternam Benedictionem!

Nr. 4094.

**B**enedictus Deus et Pater Domini Nostri Jesu Christi consolatus est nos in tribulatione nostra! fecit misericorditer impleri decennalia desideria nationis nostrae — inclinavit cor Patris Augustissimi Caesaris et Regis Hungariae Apostolici ad filios, Constitutionis avitae restitutionem anhele exoptantes! — et in Diplomate suo die 20-a curr. mensis Octobris edito, per extensum, imo ultro ac praestolabamur, omnia ad priorem constitutionalem pedem, et quidem quo fieri saltem potest ocyus, reponenda esse, clementer enunciavit non solum, sed benigne mandavit quoque; ut indilate manus operi adponantur, ut quoprius Comitia Regni celebrari et Ipse Augustissimus Sacra Corona in Regem Nostrum inaugurari valeat!

Mutationes politicae Regnum Hungariae concernentes ad notitiam Cleri populi que fidelis perferuntur.

Gaudete Charissimi — et exultate! imo concinite mihi! quia desideria nostra impleta sunt — Patrum Nostrorum avidissime exoptata Instituta Nobis reddita sunt, et taliter fugata e cordibus nostris omni amaritudine, ad portum pacis et quietitudinis deducti sumus! — Sed exultatio haec effundat semet:

1. In gratiarum actionem Patri misericordiarum et Deo auctori huius consolationis, et quidem per solenne Te Deum, exhibendam; quod proxima Dominica vel Festo in singula Ecclesia parochiali, quo fieri potest maiori cum decoro, asservetur; cui praemittatur brevis sermo, causam festivitatis exponens, et in huius decursu pastoralis mea ad populum allocutio hic .|· advoluta clara voce perlegatur, atque cuncta per me commendata, populo cum zelo et prudentia pastorali inculcentur.

2. Tam hac, quam omni data imo quaesita quoque occasione excitentur fideles ad fiduciam in Regem, proxime coronandum, illimitate locandum, — ad homagiale subordinationem, et promptam dispositionibus Ejusdem obsequiositatem exhibendam — et quod maximum est, ad cordiales pro Eodem coram Altari Domini fundendas preces; — tantum enim nobis clementer tribuit, quantum potuit; adeoque etiam nos fiducia et amore, obedientia et oratione tributum cordis, quantum possumus, exhibere contendamus.

3. Attentos cautosque reddite fideles Vestros, ne contraria loquentibus aures praebeant, aut plane credant — fugiant consortia talium — in sensu dilectionis illius, qua me decennio persecuti sunt, credant mihi, eos omni charitate prosequenti et emolumenta eorum omni possibili modo promovere cupienti — praestolentur cum quietudine permagni huius negotii evolutionem, et constituendorum legalem effectuationem. Interea autem praexistentibus publicis officialibus morem gerant, iussaque eorum promte exequantur.

Dominus! Cuius bonitatis infinitus est thesaurus infundat mentibus Vestris abundantiam donorum coelestium, ut paci restituendae, quam mundus dare non potest, efficaciter cooperari valeatis! — Pax Domini sit cum omnibus Vobis! Amen.  
Strigonii die 24-a Octobris 1860.

benevolus

Joannuelard Hystor

63

## Venerabili Clero Archi-Dioecesis Nostrae Strigoniensis Salutem in Domino et paternam Benedictionem!

**Nr. 4093.**  
Consilium regium Locumtenentiale hungaricum, ope Rescripti sub 15-a Quipiam a docendo arcetur.  
curr. Nr. 27759, horsum directi, Joannem Zwanziger, annorum 30. rom. catholicum, coelibem, Docentem in possessione Hámborg (Cottu Sárosensi) ob laesam publico cum scandalo pudicitiam, gravi octo hebdomadam carceri, unius per septimanam diei ieiunio exasperato mancipatum, ideoque a munere docendi amotum et ad elargiendam sive publice, sive privatim institutionem inhabilem declaratum esse significat. Quod ipsum fine annotationis in libro scholari iuxta praescriptum faciendae hisce Vobis notum redditur. Strigonii die 22-a Octobris 1860.

**Nr. 4124.**  
Constitui attentionem Vestram provocare ad pagellas catholicas, quae Viennae sub nomine: „Katholische Literatur-Zeitung“ vulgantur. Commendant se illae iam Kath. Literatur-Zeitung commendatur.  
nomine suo, sed commendantur magis effato illustrium Ecclesiae antistitum, quibus cordi est, illis ampliorem dilatationem, ampliora incrementa asserere. Jis inprimis de Clero, qui laboribus literariis sive occupantur, sive delectantur, pagellas has fine praenumerationis praesentibus commendo. Strigonii die 23-a Octobris 1860.

**Nr. 4132.**  
Concursus pro hacce labii hungarici Docentis una Cantoris statione in 11-am In oppido Szalka Docentis statione vacat.  
mensis Decembris diem hisce defigitur. Emolumenta eius sunt: fructus 8½ iugorum terrae arabilis, quae a Communitate cultivantur; titulo lecticalis a fidelibus 72. metretae pos. frumenti mixti et 8 urnae vini; ab oppido 8. metretae pos. tritici, 3. currus foeni et 14. feni in aere parato. A Dominio meo Archiepiscopali 10. orgiae ligni focalis. Habitaculum duobus cubilibus, culina, camera, stabulo et curruli constat. Recursus requisitis documentis instructi mihi inscribantur, ac Districtus cognominis scholarum Inspectori et VADiacono Francisco Andorszeghy, Parocho in Ipoly-Szalkállos, ad praememoratum Concursus terminum exhibeantur. Id quod Docentibus subdocentibusque Vestris congrue notificetis. Strigonii die 24-a Octobris 1860.

**Nr. 4135.**  
Observatum est, quod Docentes et subdocentes male notati, dum stationem aliam Testimonia moralitatis recentia a concurrentibus producenda.  
via Concursus sollicitant, antiquiora solum moralitatis testimonia, utpote favorabilia producendo, alia de recentiore dato, e quibus indignitas ipsorum eluceret, male sibi conscii veluti studio subterfugiant, aut vero ab uno duntaxat praedicatorum suorum ecclesiasticorum, quem magis sibi addictum existimant, ementiantur, sicque quaestionibus abs dioecesano hoc Officio formandis, quin imo et investigationibus ordinandis ansam praebent. Iam, cum praestet minus habiles potius, ac in linea morum notatos habere Docentes, potior in iisdem deligendis intemeratae vitae, quam cuiusdemuncunque praecellentis aptitudinis ratio haberi debet; quare, cum moralis concurrentium conversatio authenticis duntaxat testimoniis probari possit, districtim hisce iniungo: ut occasione exhibitorum in Concursu recursuum attestata moralitatis debite excutiantur, nec ullo sub praetextu concurrentium quispiam pro nominatione in Docentem scholae trivialis Officio huic dioecesano proponatur, nisi moralis eiusdem vitae ratio, testimonio tum scholarum Inspectoris, quam et Directoris sufficienter legitimata, eam mihi securitatem praebuerit, quod Individuum taliter commendatum gratia nominationis dignum, et populo pubique institutioni suae creditae in aedificationem, non vero in destructionem cessurum sit. Quo in nexu Docentibus subdocentibusque Vestris notificandum erit, ut nisi moralitatis testimoniis, novissime ab utroque ecclesiasticorum suorum praedicatorum subsignatis provisi semet Concursui sistant. Strigonii die 25-a Octobris 1860.

**Nr. 4170.**  
Excelsum publicae institutionis Ministerium sub 20-a Sept. a. curr. N. 13610. Opus geographicum pro scholis subrealibus annunciat.  
declaravit, primum operis geographici, auctore W. J. Warhanek edendi tomulum, sub titulo: „Allgemeine Erdbeschreibung“ Viennae in bibliopolio Sallmayeriano erga

70. xros val. austr. venalem, illustrationibus, tabellis et mappis provisum, usibus scholarum subrealium commendari posse. Id quod, nexu Rescripti Consilii regii Locumtenentialis hungarici ddto 19-ae curr. N. 27051. editi, ad notitiam Vestram perfertur. Strigonii die 30-a Octobris 1860.

**Nr. 4083.**

Kranz et  
Prybila Cano-  
nici obierunt.

Aloysium Kranz, Praepositum B. M. V. Ecclesiae novae ante Castrum Budense, E. M. S. Canonicum et Archi-Diaconum Comaromiensem, die 21-a Octobris a. aet. suae 73-o; Josephum item Prybila, Praepositum S. Stephani de Castro Strigoniensi et Archi-Diaconum Sasvárensem, Sacerdotem Jubilarem, die 31-a eiusd. a. aet. 73-o, post pie suscepta moribundorum Sacramenta in Domino obiisse Vobis insinuo, animamque eorundem piis suffragiis commendo. Strigonii die 1-a Novembris 1860.

benevolus

*Joannuelard Helym*



84

## Venerabili Clero Archi-Dioecesis Nostrae Strigoniensis Salutem in Domino et paternam Benedictionem!

**Nr. 3639.**  
Missae propriae Archi-Dioecesis Strigoniensis in secunda editione luci datae sunt apud Fridericum Pustet, bibliopolam Ratisbonensem. Exemplaria novae huius editionis in Cancellaria mea dioecesana ab uno fno et 10. xris v. a. acquiri possunt. Strigonii die 17. Septembris 1860.

Missarum propriarum secunda editio.

**Nr. 3712.**  
In neoerecta, cum schola capitali quatuor classium coniuncta schola subre-ali, duabus classibus constante in Sümegh, duae Docentum stationes erga annuos 525. fnos val. austr. et 6. lignorum orgias, nec non statio Adiuncti, institutionem in lingua hungarica, germanica et calligraphia idiomate hungarico elargituri, cum provisione in 420. fnis v. a. defixa vacant. Recursus propria manu exarandi, Consilio regio Locumtenentiali hungarico inscribantur, atque legalibus super aetate, religione, statu praesenti, habilitate pro publicis scholis realibus, adplicatione in servitiis scholaribus, perfecta linguae hungariae et germanicae notitia, intemerata item morali et politica conversatione instructi via scholarium Inspectorum Rssmo Ordinariatui Weszprimiensi inomisse usque 21-am Octobris a. curr. exhibeantur. Strigonii die 24-a Septembris 1860.

In schola subre-ali Sümeghensi stationes Docentum vacant.

**Nr. 3718.**  
Godfridus Egger, aetatis annorum 45. rom. catholicus, postremo Docens in Hütten, Ducatus Salisburgensis loco, ope Resolutionis Ministerialis sub 5-a curr. Nr. 13083. editae, ob immoralitatem et attentatam seductionem iuventutis, via disciplinari ad elargiendam deinceps sive privatim, sive publice institutionem inhabilis declaratus est. Quod ipsum fine annotationis in libro scholari faciendae, individuique huius ab institutione scholari omnimode arcendi, nexu Rescripti Consilii regii Locumtenentialis hungarici sub 13-a curr. Nr. 22461. ad me directi, hisce Vobis ad notitiam perfero. Strigonii die 26-a Septembris 1860.

Quipiam a docendo arcetur.

**Nr. {3722.  
3761.**  
Concursus pro Docentis et Cantoris labii hungarici statione in Varbó, nec non Docentis labii hungarico-slavici in Zsitva-Gyarmat, filiali Parochiae Mellek vacante in 6-am Novembris a. curr. praesentibus defigitur.

Docentis statio in Varbó et Zsitva-Gyarmat vacans publicatur.

Proventus prioris consistunt: in  $3\frac{1}{4}$ . iugeris agrorum; prato duorum falcastrorum; 50. metr. pos. siliginis; 60. fnis v. a. a totidem scholaribus; 25. fnis val. eiusdem titulo melioris subsistentiae; 12. fnis pro institutione in schola dominicali; 10. fnis titulo stolae; duabus orgiis lignorum pro usibus propriis; pro calefactione conclavis scholaris totidem obveniunt. Habitaculo, quod cubili, culina, camera, stabulo absolvitur, hortus  $\frac{1}{4}$ . iugeri capax adiacet.

Emolumenta stationis posterioris, ope fassionis scholaris recenter coordinatae, absolvuntur sequentibus: in terris possidet Docens 5. agrorum iugera et pratum falcastrum unius; in frugibus percipit 32. metretas pos. siliginis; in parato aere titulo didactri 94. fnos val. austr. et 12. fnos titulo lignorum focalium. Habitaculum cubili, culina, camera, stabulo et reclinatorio provisum, contiguum habet hortum 450. orgiarum quadr. capacem.

Recursus suis requisitis instructi concernentibus scholarum Inspectoribus, signanter Antonio Perkinkó, VADiacono Districtus Kékkeőensis et Parocho in Zsély, pro posteriore vero statione surr. VADno Districtus Verebélyensis Laurentio Gyurics, Parocho in Füss inscribantur et ad praedicatum terminum exhibeantur. Strigonii die 28-a Septembris 1860.

**Nr. 3832.**

Haas Samuel  
a scholis interme-  
diis arcetur.

Excelsum publicae institutionis Ministerium, ope Resolutionis sub 13-a Septembris a. curr. Nris <sup>13563</sup>/769. editae, Samuelem Haas, c. r. status Gymnasii Pestinensis alumnum, ob crimen furti, ab adeundis intra ambitum Monarchiae Austriacae scholis gymnasialibus et realibus inhibuit. Id quod nexu Rescripti Consilii regii Locumtenentialis hungarici ddo 24-ae eiusdem mensis Nr. 34001. editi, Directoribus dictorum Institutorum pro congruo notitiae statu hisce significatur. Strigonii die 3-a Octobris 1860.

benevolus

Joannuelard H. E. H. H.



65

## Venerabili Clero Archi-Dioecesis Nostrae Strigoniensis Salutem in Domino et paternam Benedictionem!

C. r. Ministerium internorum negotiorum cointelligenter cum c. r. Ministerio Matricularum circa correctiones ac insertiones instructio datur.

cultus sub 27-a Novembris anni praet. decrevit: ut, si quae mutationes in matriculis, nexu decisorum a Jurisdictionibus civilibus latorum praesuscipiendae fuerint, scopo edendae eatenus ad concernentem Curatum congruae dispositionis, semper praevia Ordinariatus via respectivae c. r. L. sectionis requiratur.

In genere nefas est Curatis proprio arbitrio, erga cuiuscunquedemum postulatum, quaspiam correctiones in matriculis facere, verum pro eo nunquam non specialis authorisatio Ordinariatus necessaria est. Exposcit id non tantum summum momentum, quo matriculae pro Ecclesia, pro Statu publico et privatis familiis pollent, sed et circumstantia illa, quod eadem matriculae pro publicis et fidedignis instrumentis literariis reputentur. Una vero exhinc patulum fit, quanta cum accuratia, cautela et conscientiositate eas ducere oporteat; cumprimis cavendum: ne infantes, qui ex matrimonio nati non sunt, pro legitimis inserantur; ast occurrente vel minimo dubio per copulationis et aliud fidedignum testimonium legitimitas in antecessum comprobari debet. Quodsi illegitimae prolis mater Patris quoque insertionem desideret, huic desiderio satisfieri nequit, nisi ipse Pater cum duobus testibus compareat et inscribi petat; id quod dein in rubrica observationum diserte praenotandum venit. Strigonii die 5-a Januarii 1860.

C. r. sectio Consilii Locumtenentialis Budensis ope Rescripti sub 29-a Novembris a. praet. Nr. 34686. manuactionem in tradenda arithmetica, auctore Hermann editam et pro Docentum elementarium commodo in idioma hungaricum translata, usibus dictorum Docentum et pro comparatione ad bibliothecas scholares impense commendat. Porro vigore Resolutionis ministerialis sub 22-a Novembris a. eiusd. Nr. 14819. editae, liber arithmeticus, ope circularium literarum ddo 1-ae Junii a. praet. Nr. 2342. in scholis slaviceis adhiberi iussus, iam in versione hungarica quoque sub titulo: „Számolási gyakorlatkönyv a népiskolák számára az austriai császárságban“ in c. r. bibliopolio Viennensi erga pretium 25. xrorum val. austr. acquiribilis, pro scholis popularibus catholicis labii hungarici exclusive praescribitur. Quodipsum Vobis fine universaliter inducendi scholaris huius libelli, nexu Rescripti c. r. sectionis Locumtenentialis Poseniensis ddo 27-ae Decembris a. praet. horsum directi, pro conformi effectui hisce ad notitiam perfero. Strigonii die 8-a Januarii 1860.

In sensu Resolutionis abs Exc. publicae institutionis Ministerio sub 26-a Julii 1857. Nris <sup>11643</sup>/<sub>945</sub> editae et cum scholarum Inspectoribus congrue communicatae, admonitio Docentum in munere suo exerrantium, aut secus immoralium, gradualiter praesuscipienda disponitur ita, ut socordes, in docendo inordinati, atque in religioso-moraliter excolenda pube scholari ignavi, aut plane scandalosi idmodi Docentes primum a locali Curato admonendi, monitis his non proficientibus, a scholarum Inspectoribus scripto eatenus per Curatos provocandis reprehendendi, si vero et hoc incassum fieret, ab Ordinario penes intentatam e servitio dimissionem compescendi sint; quam quidem dimissionem relate ad exerrantia idmodi Individua, muneri docendi ante ministerialem Resolutionem ddo 27-ae Octobris 1857. Nr. 741. editam admota Ordinarius ipse, relate ad Docentes vero ductu mododictorum altiorum ordinum adplicitos, concernens c. r. sectio Locumtenentialis in mutua cum Ordinario cointelligentia ino-misse exequetur, cum nec e parte Status publici nec Ecclesiae tolerari ullatenus possit, ut officii incurii, nec correctionis capaces in munere docendi ultro relinquuntur. Pro fundamento dimissionis remonstratio scholarum Inspectoris, documentis et fassionali protocollo instructa deserviet; quae quidem remonstratio, ad exigentiam ordinum Locumtenentialium sub 9-a curr. Nr. 31107. editorum, gradualem in impertiendis monitis viam superius descriptam adhibitam omnino fuisse clare enunciet, protocollum ve-

Nr. 92.

Nr. 180.

Nr. 187.

ro ex elicis testium, ipsiusque etiam inculpati Docentis fassionibus, lingua fatentibus cognita concinnabitur. Hanc investigationem ope circularium ordinum sub 2-a Januarii a. praet. Nr. 50. abhinc dimissorum praescriptam, scholarum Inspectorem in facie loci, in silentio, vel pro renata cum publicitate deinceps ipso facto praesuscipere oportebit, ubi is ipsius etiam Ordinarii paternam coercionem in irritum recidisse compererit. Strigonii die 10-a Januarii 1860.

**Nr. 191.**

Docentis statio  
in Megyörös  
vacat.

Pro hac labii slavici Docentis una Cantoris statione Concursus in 23-am Februarii a. curr. praesentibus indicitur. Tenet in agris iugera 5. quae Communitas cultivat. Praestantur a dicta Communitate 20 metr. pos. siliginis, duo currus foeni item 3 fni. 15 xri. val. austr. A Dominio fundi Religionis 15. metr. pos. frumenti mixti, 6. orgiae ligni focalis et 25. fni. 20 xri. val. austr. in aere parato. E cassa Ecclesiae S. Crucis, penes obligationem pulsandi singulo die dominico, festo, et feria 6-a organi, 21. fni val. austr. E sacris fundatis 3. fni. 25. xri obtingunt. Hospitium est commodum et domui hortus 450. org. quad. amplius adiacet. Recursus Patronatui fundi Religionis inscripti, surr. VADno et Parochö Bajóthensi Rudolpho Simonyi exhibeantur. Strigonii die 11-a Januarii 1860.

**Nr. 333.**

Tabella de Docen-  
tibus adurgetur.

Siquidem consignatio Docentum cum scholarium numero, usibus schemati-  
smi dioecesani ad annum curr. sub prelo constituti inservitura, alias de praescripto cum Tabella A) simul et ad semel horsum exhibenda, a parte complurium Distri-  
ctuum adusque praesentata haud esset, concernentess cholarum Inspectores ad talem quo ocyus dioecesano huic Officio transponendam hisce reflecto. Strigonii die 21-a Januarii 1860.

**Nr. 359.**

Concursus pro  
Doc. statione in  
Munkács annun-  
ciatur.

C. r. sectio Locumtenentialis Cassoviensis pro complenda in c. r. correctorio  
Instituto Munkacsinensi provisoria Docentis statione, quacum reditus menstrui 25.  
florum val. austr. et adjuta quarterialis 60. florum conjuncta est, Concursus in 15-am  
Februarii a. curr. defixit. Institutio in legendo, scribendo et arithmetica impertienda,  
occasione vero cultus divini catholici Cantoris quoque munus explendum erit. Recursus  
testimoniis super aetate, Religione, habilitate, linguarum item germanicae, hungaricae  
et slavicae nec non musicae cognitione instructi via politicae Jurisdictionis Munkacsi-  
num ad concernentem domus correctoriae administrationem dirigendi sunt. Id quod  
nexu Rescripti c. r. sectionis Locumtenentialis Budensis sub 13-a curr. Nr. 784. editi  
et heri primum mihi exhibiti, Vobis hisce notifico. Strigonii 22-a Januarii 1860.

**Nr. 318.**

Can. Kremnicska  
obiit.

Thomam Kremnicska, Praepositum S. Antonii de Dravecz, et Ins. Eccl.  
Coll. Poson. ad S. Martinum Canonicum, post toleratam christiana cum patientia  
plurium mensium gravem infirmitatem phtysis pulmonalis, pieque suscepta moribun-  
dorum Sacramenta, 16-a curr. anno aetatis suae 66. diem supremum obiisse, fine so-  
litorum suffragiorum Vobis annuncio. Strigonii die 20-a Januarii 1860.

benevolus

*Joannuelard Eger*

66

## Venerabili Clero Archi-Dioecesis Nostrae Strigoniensis Salutem in Domino et paternam Benedictionem!

**Nr. 920.**  
Formularia testimonialium pro scholis altioribus ubi acquirenda?

**E**venit casus, quod formularia testimonialium pro scholis sic dictis mediis, personae loco altiori ad hoc haud activisatae, in privatis typographiis, scopo committendae cum iisdem falsificationis, prelo excudenda constituerint. Excelsum publicae institutionis Ministerium ope Resolutionis sub 3-a Januarii a. curr. N. 1444. editae declarat: se quidem profectionem dictorum formularum ad quascumque typographias restringere non intendere; quo tamen abusus superius perstrictus in posterum praecaveatur, congrue disposuit, ut formularia haec in charta, distincto signo aequo provisae, c. r. bibliopolii Viennensis Directio excudi faciat, ut primum a scholarum realium, gymnasialium, nec non altiorum literariorum Institutorum Directoribus via officiosa et erga exhibitionem paradigmatis petiti testimonii scholastici eatenus requisita fuerit. Impressa idmodi formularia, requirentibus praedictorum Institutorum Directoribus, c. r. bibliopolii Viennensis Directio extemplo transponet, imo chartam quoque usibus his peculiariter adparatam typographiis illis, quas ceu pro excudendis scholasticarum testimonialium formularibus activisatas c. r. sectio Consilii Locumtenentialis nominatenus designatura est, suppeditabit. Id quod pro congruo concernentium Directorum notitiae et directionis statu, nexu Rescripti c. r. sectionis Locumtenentialis Budensis sub 3-a curr. N. 2435. editi, hisce publicatur. Strigonii die 20-a Februarii 1860.

**Nr. 925.**  
Liber methodicus slavicus commendatur.

In c. r. bibliopolio bohémico liber methodicus, ad librum lectorium slavicum subsidii instar serviturus, venalis prostat et medio etiam c. r. bibliopolii Viennensis acquiri potest, sub titulo: „Wyučování v druhé třídě národních škol v císařství Rakouském. Sepsal Josef Walter.“

Pretium eiusdem compacti in 27. xris val. austr. defigitur. Librum hunc, in c. r. Praeparandia Tirnaviensi praescriptum, nexu Resolutionis ministerialis sub 31-a Decembris a. praet. N. 17202. editae et mecum ope Rescripti c. r. sectionis Locumtenentialis Posoniensis ddto 8-ae curr. N. 695. communicatae, scholarum Inspectoribus ad notitiam hisce perfero et Docentibus labii slavici commendo. Strigonii die 21-a Februarii 1860.

**Nr. 997.**  
Statio Docentis in N. Zellö vacat.

Concursus pro haece labii hungarici Docentis et Cantoris statione in 10-am Aprilis a. curr. praesentibus defigitur. Emolumenta eius consistunt in 6. agrorum iugeris;  $\frac{1}{4}$  iugeri cauleto; eiusdem extensionis canabeto; prato duorum falcastrorum; 54. metretis pos. tritici mixti; una metr. pos. tritici puri pro pinsendis hostiis; 8. urnis vini, totidem orgiis lignorum pro usu proprio, duabus insuper pro calefactione scholae; a singula prole scholari, quarum numerus ad 80. excurrit, obvenit 1. fnus val. austr. a scholis dominicalibus 12. fni; titulo stolae 20. fni in eadem mone-ta. Ad casum commassationis media sessio in terris et correspondens pascuum accedet. Habitaculum duobus cubilibus, culina, camera et stabulo absolvitur, domuique hortus  $\frac{1}{2}$  iugeri adiacet. Recursus debite instructi mihi inscribantur et VADiacono Kékkeőensi Antonio Perkinó, Parocho in Zsély, usque praeindicatum terminum exhibeantur. Strigonii die 23-a Februarii 1860.

**Nr. 1019.**  
Joann. Binder a docendo amotus.

Individuum hoc ex Straudorf, inferioris Austriae loco oriundum, annorum 30. religionis catholicae, uxoratum, postremo Docentis in Maria Elend munere functum, ob crimen seductionis ad lasciviam gravi trium annorum carcere mulctatum, ideoque ad docendam ubivis locorum sive publice sive privatim iuventutem pro inhabili declaratum est. Quod ipsum fine adnotationis in libro scholari faciendae, nexu Resolutionis ministerialis sub 4-a curr. Nr. <sup>1570</sup>/<sub>181</sub> editae et ddto 18-ae eiusdem N. 3635. medio Rescripti c. r. sectionis Locumtenentialis Posoniensis ad notitiam meam perlatae, hisce Vobis communico. Strigonii die 26-a Februarii 1860.



**Nr. 1036.**

Intentiones Sacrorum suscipi petuntur.

Usque annum 1855., demto unico Gymnasio in Einsiedeln, nullo per totam Helvetiam catholico Instituto existente: eximii ac prorsus singularis zeli religiosus P. Theodosius Florentini constituit Collegium condam Jesuitarum in civitate Schwyz comparare, atque in eo educatorium Institutum pro catholica iuventute erigere, cujusmodi propositum non potuit non communem Antistitum Helvetiae adprobationem ferre. Auxilium divinum tanta mensura adfuit religioso viro, ut is ex piis oblati in comparationem instructionemque dicti Collegii 120,000. francorum collegerit, Institutumque educatorium, quod Lyceum cum Gymnasio, scholas item realem ac industrialem complectitur, solique Episcopi Churensis influxui subest, anno adhuc 1855. inauguraverit. Educantur in eo actu plus quam 160. iuvenes. Sed vero inhaeret Instituto adhucdum onus 96,000. francorum (totidem floreni in valuta Vienn.) a quibus annuus 3840. francorum census pendendus est. Laudatus Religiosus, locata in Deum fiducia, adhuc et istud debitum piis benefactorum subsidiis depuraturum se confidit. Et ecce certus pius Praesul 8,000. fl. val. austr. eidem offert, erga absolvenda Sacra. Ille igitur coram constitutus in eo me interpellavit, velim Clerum meum dioecesanum ad suscipiendas huiusmodi intentiones Sacrorum provocare. Cui quidem petito eo pronius defero, quod parte ab una notum habeam studium Vestrum, quo communem Ecclesiae rem non domi tantum, sed et foris libenter promovetis, parte vero ab altera tale quid petatur, quod absque onere, imo dicam cum spirituali emolumento suscipere possumus. Etiamsi parum singuli, multum tamen in communi praestabimus. Dum igitur negotium isthoc benevolentiae et charitati Vestrae impensius hisce in Domino commendarem: VADiaconis districtualibus committo, ut per Districtus suos philyras subscriptionales circulent, in quibus singuli Fratres numerum susceptorum Sacrorum consignabunt. Philyras taliter expletas Officio dioecesano subin exhibebunt. Charitas nostra nunquam evacuetur! Strigonii die 27-a Februarii 1860.

**Nr. 1110.**

Synodi Prov. super statutis practicae observationes communi-centur.

Dimittendo ad Vos sub 14-a Maii 1859. Nr. 2142. exempla Decretorum Concilii Provincialis Strigoniensis a. 1858. habiti, provocaveram Vos, ut ea attente legatis, et si quas quoad practicam illorum executionem observationes vel difficultates habueritis, eas primum in Congregatione districtuali proponatis, et ubi unanimi consensu acceptatae fuerint, horsum transmittatis.

Cum id haecenus vix ex parte unius alteriusve Districtus praestitum sit, ego autem in animo constituerim, Synodum Dioecesanam, ni Dominus aliter disposuerit, affuturo mense Septembri celebrare: exhinc praesentibus ordino, ut quod praecitatis ordinibus meis disposueram, id in proxima Congregatione vernali singulis in Districtibus inomisse fiat, proponendaeque difficultates sive observationes, ubi unanimi consensu acceptatae fuerint, distincto Protocollo usque finem mensis Maii mihi substernantur. Ubi nihil observabitur: negative referet VADiaconus. Strigonii die 3-a Martii 1860.

**Nr. 1102.**

Balassa Steph. obiit.

Stephanus Balassa, Administrator Névedensis, die 14-a Februarii anni curr. aet. 48. ex ictu apoplectico, susceptis praevie moribundorum Sacramentis, pie in Domino obiit. — Commendo animam eius piis omnium Vestrum suffragiis. Strigonii die 3-a Martii 1860.

benevolus

*Joannuelard H. E. Strig.*

## Venerabili Clero Archi-Dioecesis Nostrae Strigoniensis Salutem in Domino et paternam Benedictionem!

**Nr. 2190.**  
**B**ergauer Josephum in Warta, Bohemiae loco natum, catholicum, uxore Quipiam ad docendum inhabilis declaratur.  
 ratum, duarum prolium patrem, postremo provisorium in Reichenbach subdocentem, ob maleversationis crimen quinque mensium carcere mulctatum, ideoque ad munus sive publice sive privatim docendi inhabilem declaratum esse, c. r. sectio Locumtenentialis Poseniensis sub 10-a curr. Nr. 9808. mihi insinuat. Id quod fine adnotationis in libro scholari faciendae hisce Vobis notum redditur. Strigonii die 16-a Maii 1860.

**Nr. 2194.**  
 Concursus pro gemina hacce labii germanici et slavici statione in 19-am Statio Docentis et subdocentis in Szobotist vacat.  
 affuturi mensis Julii praesentibus defigitur. Proventus Docentis, ope fassionis scholaris, sub 9-a curr. Nr. <sup>9323/1760</sup> altiore Loco ratihabitaе, summam 436. florum val. austr. efferunt, e quibus subdocentis solutio cum 100. flnis in dicta moneta, nec non intertentio eiusdem perstringi debet. In specie: tenet Docens agellos tres, sex metr. pos. capaces; pascuum commune; ab agris Ecclesiae percipit 6. metr. pos. tritici; e cassa Ecclesiae 8. flnos 40. xros; e cassa Communitatis 252. flnos 78. xros; e fundo studiorum 51. flnum 60. xros, insuper 42. flnos ad durationem trium annorum; pro lignis 9. flnos 10. xros; titulo stolae 10. flnos; e fundationibus denique 7. flnos. 49. xros val. austr. Habitatio duobus cubilibus, culina, camera et area 12. org. quad. ampla, quae vices horti antea obivit, absolvitur. Recursus debite instructi surr. VADiacono Districtus Szeniczensis Francisco Zajcz, Parocho in Jabloncza inscribantur et ad praeindicatum Concursus terminum exhibeantur. Id quod Docentibus, subdocentibusque Vestris congrue notificetis. Strigonii die 18-a Maii 1860.

**Nr. 2337.**  
 Adminicula paedagogica inculantur.  
 Omnis, ut probe singulis Vestrum constat, prolium institutio eo collineare debet, ut vis intelligendi earum pedetentim acuatur, voluntas ad honesti leges fingatur, tenerique animi virtutis amore sensim capiantur, id quod Docentum ad rite instituendum sufficientem habilitatem, probatamque morum honestatem necessario praesupponit. Observavit hoc jam olim Plutarchus, dum in oratione sua, quam de educatione dixit, leges circa informatores iuventutis praescriberet, inquit „Quaerendi sunt praeceptores, quorum et mores sint honesti et vita careat opprobrio et eruditio atque experientia sit haud vulgaris. Fons enim, ac veluti radix virtutis, atque honestatis omnis est proba institutio“ (Cap. VI.) Et sane, sine idoneis Docentibus vana est omnis de meliore scholarum popularium statu, nec non institutionis elementaris provectione spes et sollicitudo. Ferit haec observatio cum primis Curiones sacros, utpote qui personis in institutionem publicam influentibus seu qua Directores, seu denique qua catechetae principaliter accensentur. Hoc igitur scopo indispensabiliter necessarium est, ut scientia et arte paedagogica, non theoretice solum sed et practice ediscenda, penitus imbuantur. Exiguam sane habebunt coram subordinatis sibi scholarium magistris auctoritatem, si cognitione paedagogica iisdem superiores aut saltem aequales non fuerint, suamque ignorantiam identidem prodere necessitentur in iis, quibus dirigendis sunt praefecti. Quam igitur hauserunt paedagogiae cognitionem, eadem tenuiter nefors libata haud contenti, privata quoque lectione et experientia in dies excolere, augereque studeant. Quare meliora hoc in genere opera, in ephemeridibus publicis annunciari solita, quale signanter illud sub titulo „Tanférfiak, szülők s nevelők évkönyve“ redactore Antonio Lonkay propediem prelum deserturum censetur, prout et scripta periodica huius argumenti, uti sunt „Österreichischer Schulbote“ aut vero illud redactore nunc memorato editum, quod sub nomine „Tanodailapok“ venit, Curatis et Docentibus comparandum, ac sedula manu volvendum revolvendumque impense commendo. Strigonii die 4-a Junii 1860.

**Nr. 2348.**

Sacrae icones  
comparandae  
commendantur.

Bernardus Galura, Princeps-Episcopus condam Brixinensis, ad facilitandam domi, in Ecclesia item et schola institutionem catechetica, sacrarum iconum collectionem sub titulo „Gallerie heiliger Bilder“ edidit, cuius textus subin in idioma hungaricum translatus, siquidem nil contineret, quod fidei catholicae et bonis moribus adversum esset, quin imo Curatis et Docentibus in institutione prolium religiosa et fidelium aedificatione potenti adminiculo deserviret, nexu provocationis a parte Excelsi cultus et institutionis Ministerii sub 30-a Martii 1858. Nr. 3736. factae, dioecesana mea adprobatione provisus est. Icones hae sacrae cum subiecto sibi textu, opera c. r. librorum scholasticorum Directionis Viennensis, ad expensas foundationis Sigismundi olim Sauter pro edendis opellis catecheticis factae, linguis in patria nostra plurimum vigentibus novissime procuratae sunt, quarum specimen linguis in singula Parochia principaliter obtinentibus hiee finem in eum advolvitur ./ ut, sumto in maturam considerationem eo, quod — dicente S. Gregorio papa — in iconibus conspiciant lectionis ignari id, quod in libris legere haud norunt; quod item teste Horatio „segnius irritant animos demissa per aures, quam quae sunt oculis subiecta fidelibus“ praedictas icones sacras, tum ad alleviandam ope intuitionis earundem religiosam institutionem, tum ideo, ut munusculorum catecheticorum vices obeant, etiamsi ex Ecclesiae peculio, studiose adprocuretis. Strigonii die 4-a Junii 1860.

**Nr. 2444.**

Significo Vobis, quod amodo et imposterum e dieocesanis Circularibus ad singulum VADiaconalem Districtum semper uno plura exemplaria ac secus, spectato Parochiarum numero, requireretur, submittenda sint eo scopo, ut supernatans exemplar exclusivo usui VADiaconalis Officii deserviat. Strigonii die 12-a Junii 1860.

**Nr. 2352.**

Emericus Nagy  
et Andreas  
Czentár  
obierunt.

Emericus Nagy, Parochus, dum viveret, Bátorkesziensis, die 29-a proxime praeteriti mensis, in sequelam apoplectici ictus in Domino obiit. Commendando animam ejus solitis piis suffragiis, simul pro recursibus concernenti Patrono inscriptis, ad effectum obtinendi canonice vacantis huius Beneficii mihi exhibendis, 10-am affuturi mensis Julii diem hisce praefigo. Non secus obitum Francisci Czentár, Parochi postremo Kolpachensis, die 6-a curr. mensis interventum, Vobis fine absolvendorum pro anima ejus piorum suffragiorum hisce annuncio. Strigonii die 8-a Junii 1860.

benevolus

Joannulard H. Eger

68

# Venerabili Clero Archi-Dioecesis Nostrae Strigoniensis Salutem in Domino et paternam Benedictionem!

Communicavit mecum c. r. Consilium Locumtenentiale Budense sub 10-a Maii a. curr. Nr. 10426. ordines, ad c. r. Jurisdictiones Comitatus intra ambitum sectionis huiusce Locumtenentialis constitutas scopo eo dimissos, ut eadem ad praestandam Docentibus, pro Congregatione semel in anno proficiscentibus, intra spatium trium milliarium gratuitam vecturam, Communitates rurales omni meliore modo persuadere connitantur. Occasione hac praememoratum Dicasterium optabile esse enunciavit, ut fine alleviandi Communitatibus hoc in merito gratuito obsequii, terminus pro dictis Congregationibus talis defigatur, quo ruricolae labore campestri ope equorum perficiendi vel non, vel saltem minus distinentur. Quod ipsum pro futura directione scholarum elementarium Inspectoribus hisce ab notitiam perfertur. Strigonii die 20-a Junii 1860.

**Nr. 2343.**  
Congregationes  
Docentum oppor-  
tune celebren-  
tur.

Terminum pro examine habilitatis decursu anni huius scholastici in locis intra ambitum c. r. sectionis Locumtenentialis Budensis Praeparandia provisus, signanter Strigonii asservando, dictum politicum Dicasterium, ope Rescripti sub 14-a curr. Nr. 15731. editi, in 19-am et sequentes affuturi mensis Julii; pro Praeparandia autem Pestinensi, et quidem: pro illa muliebri domicellarum Anglicanarum in 4-am et sequentes, pro virorum vero in 7-am et sequentes mensis Augusti dies defixit. Id quod fine edocendorum Docentum, examen idmodi pro congrua sui, dum ad meliorem stationem aspirant, reflexione subire cupientium hisce Vobis annunciat. Suppletorium idgenus examen pro Docentibus muliebribus, intra ambitum c. r. sectionis Consilii Locumtenentialis Poseniensis ad scholas puellarum publicas adplicitis, 6-a Augusti anni curr. in Praeparandia Tirnaviensi, 13-a vero in Neosoliensi praesuscipietur. Strigonii die 26-a Junii 1860.

**Nr. 2638.**  
Examen habilita-  
tionis asservan-  
dum.

In c. r. bibliopolio Viennensi venalis prostat liber, manuductionem ad stilum negotiorum et epistolarem rite ediscendum complectens, sub titulo: „Ergänzungsheft zum dritten Sprachbuche für die oberste Klasse der Haupt- und Stadtschulen im Kaiserthume Österreich. Anleitung zu Briefen und Geschäftsaufsätzen.“ Liber hic scholasticus, vi Resolutionis ministerialis sub 7-a Maii a. curr. Nr. 1884. editae, in vicem illius sub titulo: „Anleitung zu schriftlichen Aufsätzen“ adusque usuati, ad supremam scholarum capitalium et civicarum classem induendus disponitur. Ubi exemplaria eiusdem, uti et libri linguistici, cuius nunc partem integrantem constituit, distracta fuerint, uterque in uno volumine veni exponetur, titulumque geret: „Drittes Sprachbuch. Mit einer Anleitung zu Briefen und Geschäftsaufsätzen.“ Id quod pro conformi effectum scholarum capitalium et civicarum Directoribus, nexu Rescripti c. r. sectionis Locumtenentialis ddo 17-ae curr. Nr. 11336. hisce intimatur. Strigonii die 28-a Junii 1860.

**Nr. 2701.**  
Liber stilaris  
praescribitur.

Excelsum publicae institutionis Ministerium ope Resolutionis sub 7-a Maii a. curr. Nr. 3417. opus Petri Schmidt, in Praeparandia Quinque-Ecclesiensi Musicae Docentis, melodias ad cantica, in primo et secundo libro linguistico, hungarico idiomate concinnato occurrentia continens, usibus scholarum popularium commendat. Pretium primi in 36. alterius vero in 40. xris v. austr. defixum est. Id quod, erga insinuationem c. r. sectionis Locumtenentialis Poseniensis sub 14-a curr. Nr. 10813. factam, hisce Vobis notum reddo. Strigonii die 29-a Junii 1860.

**Nr. 2706.**  
Petri Schmidt  
„Dallamok“  
commendantur.

Andreas Lázár ex Dubocz oriundus, annorum 44. rom. cath. postremo Docens scholae elementaris in Roskovány, propter commissam maleversationem; porro Joannes Prantner, annorum 43. rom. cath. postremo privatus Docens in Austria inferiore, ob crimen furti; denique Vincentius Reitschläger anno 40. rom. cath. uxoratus, postremo Docens in Elbogen, ob seductionem ad lasciviam, ab elargienda sive privatim, sive publice institutione ministerialiter inhibiti sunt. Cognomina ipsorum, ne ad docendum unquam admittantur, scholarum elementarium Inspectores et Directores in protocollo scholari rite adnotent. Strigonii die 1-a Julii 1860.

**Nr. 2725.**  
Quipiam a docen-  
do amoti.

Institutione scholari labentis anni scholastici sensim ad finem vergente, quo requisitae de statu scholarum elementarium notitiae, de recepto more rubricis Tabellae A) usque Novembrem adparandae inseri solitae tempestive colligantur, tabellam hanc

**Nr. 2726.**  
Tabella A) sen-  
sim adparanda.

pro 185%, concinnatam fine alleviandi laboris, differentiarumque inter positiones anni prioris et currentis facilius perspiciendarum ergo, scholarum Inspectoribus cum eo transpono: ut adminiculo eiusdem praescriptam Tabellam A) pro anno 1859/60 iuxta datas abhinc in viationes rite concinnare, reflexionibus, ubi opus fuerit, comitari atque una cum tabellis de scholis arborum, dominicalibus, et apum cultura ad minimam usque positionem aequae summisatis, pro usu dioeciesani huius Officii, una cum nunc communicata anni prioris scholastici Tabella A) tempestive exhibere satagant. Strigonii 1-a Julii 1860.

**Nr. 2729.**

Beneficium parochiale Alsó-Jattó vacat.

Beneficium parochiale Alsó-Jattóense, per resignationem Joannis Fekete, in canonicam vacantiam recidit. Terminus pro exhibendis recursibus in ultimam currentis mensis defigitur. Strigonii die 1-a Julii 1860.

**Nr. 2763.**

Missalis Romani nova editio commendatur.

Commendandum duxi reflexioni Vestrae novum Missale Romanum, quod Henricus Reiss in stilo medii aevi Viennae edit. Editio duplex est: altera in initialibus auro et argento distincta, altera simplex, pictura duntaxat ornata. Assurgit Missale hoc ad 190. phylaras in folio, editurque in fascibus, de tempore in tempus administrandis. Editio illa elegans comparatur a 150. flnis, altera simplex a 45. flnis v. a. Subscriptiones sive praenumerationes in omni bibliopolio fieri possunt. Siqui, signanter urbici Curati pro Missali isto, quod Ecclesiam insigniter ornabit, ex fisco eiusdem subscribere intenderetis: subscribere poteritis in Cancellaria mea dioeciesana. Spero via ista exemplaria leviori pretio comparanda esse. Strigonii die 3-a Julii 1860.

**Nr. 2779.**

De Parochorum congrua per denegatas varias praestations qualiter redintegranda.

E pluribus Districtibus perlatae sunt ad me querelae, qualiter multi Parochi falcidiam in proventibus suis per id patiantur, quod fundi urbanales, a quibus secus eisdem Parochis vigore normalis de anno 1802. Conscriptionis, aut canonicae visitationis, proinde legaliter, praestations quaequam, seu in natura, seu aere parato competunt, via venditionis ad manus A catholicorum, aut plane iam nunc Judaeorum deveniant, per quos dein similes praestations denegantur.

Normativum hac in re est Intimatum ddo 27. Maii 1824. Nr. 10,265. huius tenoris: „A solutione stolae aut lecticalis, Parochis et Ludimagistris catholicis praestanda, Augustanae et Helveticae Confessioni addicti eximuntur. Art. 26. A. 1791. Verum decessus, quos Parochi in proventibus suis ex incidenti colonorum evangelicorum, catholicis substitutorum patiuntur, fine bonificationis, e fundo religionario impetrandae, sua forma remonstrentur.“ (Opportune id fieri potest in recursibus, qui pro redintegratione congruae nunc exhiberi solent) „Illae nihilominus praestations, quae in fundationali quopiam pro catholicis sonante instrumento radicanter, ad averendum a fundo religionario onus iuxta legum tenores manuteneantur“.

Et revera non desunt recentiora quoque exempla, ut acatholici acquirentes fundorum catholicorum, quibus quaestionatae praestations inhaerebant, ad illas ultro Parochis catholicis dependendas, per Jurisdictiones civiles adstricti exstiterint; quia interim recentissime talis casus evenit, in quo respectivus Parochus a petito suo ideo amotus est, quod in contractu venditionali nulla mentio idgenus praestations, acquirenti per Acatholicum fundo inhaerentis occurreret, e re futurum existimavi concernentes reflectere: ut eos, quorum cum interventu similes venditionales contractus ineuntur (uti sunt Notarii) requirant, fine notificandorum sibi de tempore casuum, in quibus de emendis per Acatholicos fundis catholicis, praevio onere affectis, agitur; quo sic tales emtores, de inhaerente fundis illis obligatione praestations tempestive iudicialiter admoneri curare, taliterque ius suum assecurare possint.

In reliquo novissimis etiam legibus iniunctum habetur Judicibus processualibus, ut competencias Ecclesiarum, Parochorum, uti stolam, lecticale etc. a morosis solutoribus — utique erga recursum Curatorum — exigant, id est exequantur. Vide Landes-Regierungs-Blatt für Ungarn 1853. Nr. 24. §. 50. et Reichs-Gesetz-Blatt 1854. Nr. 96. §. 3. Strigonii die 4. Julii 1860.

benevolus

Joannuelard Herty



69

## Venerabili Clero Archi-Dioecesis Nostrae Strigoniensis Salutem in Domino et paternam Benedictionem!

**Nr. 1737.**

Georgius Magdák, Docens postremo in Ráthot, ob crimen seductionis ad sicariam Quipiam a docendo arcetur. necem, vi Rescripti Ministerialis ddo 27-ae Martii a. curr. Nr. 4513. ad munus docendi publicum non minus ac privatum inhabilis declaratus est. Quodipsum, nexu Rescripti c. r. sectionis Locumtenentialis Budensis sub 9-a curr. Nr. 8867. editi, Inspectoribus, Directoribusque scholarum elementarium, fine arcendi a munere institutionis dicti Individui, praenotationisque cognominis eiusdem in protocollo scholari faciendae ergo, hisce notum redditur. Strigonii die 19-a Aprilis 1860.

**Nr. 1744.**

Concursus pro hac labii slavico-hungarici Docentis una Cantoris statione, ad Parochiam Szklabonya filiali, in 29-am affuturi mensis Maii praesentibus annunciat. Emolumenta eiusdem consistunt: in 4. agrorum iugeri; 34. metr. pos. siliginis et 4. hordei; 2½. urna vini; uno curru foeni; duabus orgiis lignorum et totidem pro usu scholae; 40. flnis a Communitate, totidem a scholaribus titulo didactri; 5. flni pro institutione dominicali et tantundem titulo stolae obtingit. Aedificio scholari hortus ⅓. iugeri adiacet. Recursus debite instructi Antonio Perkinó, VADiacono Kékeőensi et Parocho in Zsély inscribantur et exhibeantur. Strigonii die 20. Aprilis 1860.

**Nr. 1864.**

Specialis casus, qui intervenit, praebet mihi ansam Vos reflectendi: quod nefas sit individua militaria cum aliis personis copulare, praeterquam cum illis, respectu quarum expresse et nominatenus a concernente Superioritate militari indultum contrahendi matrimonii obtinuerunt. Personae etenim, militaribus individuis nubere volentes, debent prius certas cautelas implere, signanter debent comprobare statum suarum facultatum, Litteras baptismales et testimonium moralitatis exhibere, atque Reversales super eo dare: quod nullum ius ad qualemcunque militarem pensionem forment, neque pro casu, si maritus ad Regimen revocaretur, hunc ullo sub praetextu eorum sequutur sint; — nisi accenserentur quindecim illis mulieribus, quibus hoc penes singulum Regimen admissum est. (Cf. Circulares ddo. 21-ae Octobris 1858. Nr. 4267.) Strigonii die 57-a Aprilis 1860.

**Nr. 1882.**

Concursus pro hac labii hungarici Docentis una Cantoris statione in 6-am Junii a. curr. praesentibus defigitur. Emolumenta eiusdem sunt: 16½. metr. pos. frumenti mixti; incirca 12. metr. pos. hordei a scholaribus; incirca 37. flni M. C. titulo lecticalis; titulo institutionis prolium 12. flni 30. xri M. C., porro perna et pullus a singula prole, vel calculo relationali 7. flni 30. xri M. C.; ab Ecclesia in aere parato 8. flni M. C.; titulo calefactionis scholae quoque tres orgiae lignorum; praeterea reditus stolares et canabetum ½. metr. pos. capax. Tempore commassationis ½ sessio colonialis in agris et pascuo accedet, uti etiam fixa solutio e cassa Communitatis pro institutione in scholis dominicalibus. Recursus debite instructi surr. VADiacono Districtus Levensis Matthaeo Dualszky, Parocho in Csejkó inscribantur et exhibeantur. Quodipsum Docentibus, subdocentibusque Vestris congrue notificetis. Strigonii die 29-a Aprilis 1860.

**Nr. 1896.**

Caesareo-Regium Ministerium Cultus abusibus obviaturum, qui in taxandis matricularibus dilucidationibus, quas a militia immunitari volentes, coram Commissionibus statutoriis producere debent, hinc inde per Curatos commissi fuisse praetenduntur, eosdem Curatos in suo ddo. 23-ae Martii anni curr. Nr. 3517. Edicto eo universaliter inviari postulat: ut pro idgenus matricularibus dilucidationibus, etiamsi illas ampliores esse oporteret, haud ultra consvetam extractuum matricularium taxam, nullo autem in casu, nequidem a valentioribus, ultra duos florenos praevio titulo desumant, miseris vero quaestionatas matriculares dilucidationes gratis subministrent. Quodipsum Vobis in cohaerentia mearum Circularium ddo. 11. Septembris 1859. Nr. 3604. pro directione hisce intimo. Strigonii die 20-a Aprilis 1860.

**Nr. 1948.**

Kurtakeszense  
Beneficium  
vacat.

Per translationem Georgii Schnausz ad Nagy-Salló, parochiale quod adusque tenuit Beneficium Kurtakesziense in vacantiam reccidit, terminus pro exhibendis recursibus in ultimam curr. mensis praestituitur. Strigonii die 3. Maii 1860.

**Nr. 1928.**

Markovich,  
Orgonás  
†

Antonium Markovich, Ordinarium VADiaconum Districtus Malaczkaensis, Parochum Konyhaensem die 27-a Aprilis anni curr. aetatis 72-o post pie suscepta moribundorum Sacramenta in Domino obiisse, hisce Vobis significo, animamque illius piis singulorum suffragiis commendo. Qui pro vacante taliter Beneficio recurrere volunt, ii recursus suos, Patrono inscriptos, usque ultimam curr. mensis isthuc submittendos habebunt. Non absimiliter Antonii Orgonás, Administratoris Szkiczóensis 27-a proxime praeteriti mensis anno aetatis 27-o pie in Domino defuncti animam solitis piis suffragiis commendo. Strigonii die 1-a Maii 1860.

benevolus

*Joannulard Eger*

70

## Venerabili Clero Archi-Dioecesis Nostrae Strigoniensis Salutem in Domino et paternam Benedictionem!

Inter negotia, quorum cura scholarum Inspectoribus et Directoribus incumbit, haud postremum locum aedilitas scholaris sibi vindicat; qua in re principii instar serviat, ut, ubi domus scholaris erigenda est, eadem non solum loco accommodo, sanitati haud nocivo, aeri pervio et quieto, ab Ecclesia denique, uti et aede parochiali haud remoto struatur, verum summis duntaxat indigentis praesentibus oculis habitis et citra ullum concurrere obligatorum aggravium, numero prolium scholas frequentare obligatarum correspondentem, ac quo paucioribus cum expensis structura idmodi ad effectum perducatur. Ad sic dictos necessitatis hoc in genere articulos concernens Communitas, utpote quae iuxta §§-os 72-um et 73-um systematis scholarum elementarium onus struendarum, restaurandarum et instruendarum aedium scholarium ferre tenetur, in expetito Domini terrestrialis, aliorumque compossidentium concursu districtim obligatur; quae proin commoditatis potius, quam necessitatis rationem praeserunt, benevolo duntaxat ad aedilitatem concurrere obligatorum assensu perfici possunt. Hunc tamen in censum cubile pro Docentis habitaculo deserviens, quodve a conclavi institutioni destinato, quin imo a subdocentis hospicio etiam distinctum sit oportet, venire nequitiam potest. Structurae vel instaurationes idmodi domuum scholarium, in ordine iuxta planum et sumtum proiectum, loco competente adprobato praesuscipiuntur. Quodsi igitur notabiliorem aedilitatem adiuncta deposcerent, Curatus, in mutua cum locali scholae Curatore cointelligentia, pro incumbentis sibi ceu scholae Directori muneris ratione, populum fidelem ad aedilitatem scholarem ultro praesuscipiendam, respective ad sumtus scopo hoc necessarios perstringendos omni meliore modo permoveat, cum secus negotium aedilare vel penitus succuti, vel saltem nimium quantum protelari necesse sit. Hoc facto scholarum Inspector, comparata sibi, si opus foret etiam personaliter, de necessitate structurae idmodi convictione, congrua item de promptitudine vel renisu populi et reliquorum ad aedilitatem concurrentium, aliisque localibus adiunctis informatione capta, negotium comite opinione sua indilate c. r. circulari politicae Jurisdictioni substernet, nec nisi tunc, ubi officiosae suae interpositioni impedimenta poni, vel talem effectum carere adverterit, de casu in casum ad dioecesanum hocce Officium fine sollicitandae medelae se convertat, prout idipsum Circularibus ordinibus sub 2-a Januarii 1859. Nr. 50. publicatis abhinc intimatum fuit. Commissionibus, in sequelam remonstrationis idmodi a scholarum Inspectoribus, vel pro re nata, a dioecesano meo Officio exhibitae, in merito neoerigendarum aut ampliandarum scholarium aedium a c. r. politica Jurisdictione ordinari solitis, ad exigentiam ministerialis Resolutionis sub 4-a Aprilis a. curr. Nr. 114. editae, mecumque via c. r. sectionis Locumtenentialis Budensis ope Rescripti ddo 23-ae eiusdem Nr. 9879. communicatae, districtuales scholarum Inspectores, quantum vero ad civitatem Budapestinensem scholarum elementarium Directores inomisse interveniant, quo sic fundamento numeri prolium scholae capacium genuine eruendi, intuitu numeri localitatum scholarium, earum extensionis et debitae instructionis, nec non quaestionum institutionem attinentium semet enunciare possint; quodsi vero in persona pertractationi officiosae intervenire impedirentur, mentem suam in praevio aedilari negotio aut scripto, dictae Commissioni scholari intimando aperiant, aut locali Curato vices suas committant. Strigonii die 6-a Maii 1860.

Concursus pro vacante in oppido Vágújhely Classis 2-ae, nec non in Babindal, filiali ad Nagyhind, Docentis statione in 17-am Julii a. curr. praesentibus annunciat.

Proventus prioris consistunt in 189. flnis val. aust. e cassa Communitatis; 12. flnis 60. xris eiusdem monetae e cassa Ecclesiae; 49. flnis 80. xris e fundatione pro musicis; 31. flno et 50. xris e parte Beneficii Praeposituralis; totidem pro institutione in schola dominicali a coetibus opificum dependendis, quibus 10. incirca

Nr. 2014.

Aedilare scholarum elementarium negotium.

Nr. } 2123.  
} 2124.

Statio Docentis in Vágújhely et Babindal vacat.



floreni e stola, item 6. feni 30. xri pro purgatione scholae obvenientes accedunt. Denique tenet Docens agrum 1/2 metr. pos. et 3. orgias lignorum a Communitate percipit. Habitatio duobus cubilibus, camera et culina absolvitur.

Posterioris vero stationis, pure hungaricae, laudabili Communitatis opera novissime erectae emolumenta, ope scholaris fassionis debite assecurata, 224. fnos 40. xros val. austr. adaequant. In specie percipiet Docens: a singula sessione, quarum numerus ad 11. excurrit, unam metr. pos. siliginis; a singula prole scholari (sunt incirca 30) 52. xros item 1/4 metr. pos. tritici puri; e cassa Communitatis 80. fnos, item 26. fnos 25. xros pro lignis focalibus usui proprio inservituris ab eadem Communitate. Domus scholaris conclavi pro institutione, duobus cubilibus pro habitaculo Docentis, item culina, camera, reclinatorio et stabulo absolvitur, eique fundus 600. org. quadr. amplus, per Communitatem cultivandus adiacet. Recursus debite instructi pro statione primum memorata, quae linguae slavicae ac germanicae nec non musicae et cantus cognitionem requirit, Districtus Csejthaensis VADiacono, Parocho in Pobedim Emerico Mráz; pro posteriore vero Joanni Druzsbovics, VADiacono Nagy-Czétényensi et Parocho in Vajk inscribantur & exhibeantur. Strigonii die 13-a Maii 1860.

Nr. } 2125.  
2127.

Beneficia Zohor  
et Alsó-Palojta  
vacant.

Per transitum Arnoldi Stummer, Parochi Zohorensis ad Archi-Dioecesim Agriensem, parochiale, quod adusque tenuit, Beneficium Zohorense; per translationem vero Vincentii Gyürky ad Rimócz parochiale Beneficium Alsó-Palojtaense in vacantiam reciderunt; qui alterutrum horum Beneficiorum obtinere cupiunt, recursus suos respectivis Patronis inscriptos usque 15-am affuturi mensis Junii mihi exhibeant. Strigonii die 13. Maii 1860.

Nr. 2003.

Czaban Andreas  
obiit.

Die 3-ia curr. mensis, post tolerata exemplari cum patientia et plenaria in divinam voluntatem resignatione diuturni morbi incommoda, susceptaque praevia moribundorum Sacramenta, anno aetatis suae 47. pie in Domino obiit Andreas Czaban, Parochus, dum viveret, Komjáthensis. Octavum hunc iam decursu labentis anni mortis casum Vobis annunciando, simul animam eiusdem Andreae Czaban piis omnium Vestrum suffragiis hisce commendo. Strigonii die 5-a Maii 1860.

benevolus

Joannulard H. Eger



71

# Venerabili Clero Archi-Dioecesis Nostrae Strigoniensis

## Salutem in Domino et paternam Benedictionem!

**Ex**celsum publicae institutionis Ministerium, ope Resolutionis sub 12-a Januarii a. curr. Nr. 20107. editae, ex occasione emergentis unius casus, quaestionem illam: num videlicet suppletorium sive reparatorium examen a scholari quopiam Instituto ex disciplina aliqua admissum, in sensu §-i 73. punct. 7. projecti organisationis, coram alio scholari Instituto subiri possit? decidit ita, quod examen idmodi in illa duntaxat schola praesuscipiendum sit, cuius personale Docentum tale ad effectum complendae in suspenso relictae classificationis subeundum decrevit. Quodsi tamen peculiariora adiuncta examen hoc praescripto loco praesuscipiendum haud admitterent, sicque necessitas emergeret aliud scholae Institutum ad praeivium actum deputandi: Excelsum institutionis Ministerium, ex respectu sufficientium rationum scopo hoc allegandarum, pro facultate eatenus elargienda interpellandum erit. Directiva haec regula concernentibus scholaribus, occasione exhibitionis interim aliorum scholasticorum testimoniorum, deinceps debite ob oculos sistenda est. Id quod nexu Rescripti c. r. sectionis Locumtenentialis Budensis sub 28-a Januarii a. curr. Nr. 1827. ad notitiam meam perlato, cynosurae instar Vobiscum communico. Strigonii die 12-a Februarii 1860.

**Nr. 757.**

Examen suppletorium ubi subeundum?

Joanne Kovács, Parocho Szomolányensi, studio amplioris perfectionis Societatem Jesu ingresso, Beneficium isthoc parochiale in canonicam vacantiam recidit. Qui pro eo concurrere volunt, ii recursus suos, Patrono Comiti Joanni Pálffy inscriptos, usque 15-am affuturi mensis Martii ad me promovendos habebunt. Strigonii die 14-a Februarii 1860.

**Nr. 804.**

Beneficium Szomolány vacat.

Concursus pro hacce labii hungarici Docentis una Cantoris statione in 29-am affuturi mensis Martii praesentibus defigitur. Proventus eius consistunt in sequentibus: Tenet terram arabilem 27½. metr. pos. capacem, pratum item semialterius iugeri et canabetum; circa quae omnia labores, praeter frugum demessionem, parochiani perstringunt. Praestant porro fideles coloni 35. metr. pos. mixti, inquilini vero 2. fnos 48. xros Mon. Conv. Ab J. Dominio obtingunt 5. orgiae ligni duri, titulo stolae incirca 20. fni; pro sacris fundationalibus 33. fni et 2. fni e cassa Communitatis titulo pisturae hostiarum. Habitaculum duobus cubilibus, culina, camera, stabulo, cellario, reclinatorio absolvitur, cui hortus postdomalis et area trituratoria adiacet. Recursus debite instructi Principi Antonio Pálffy ab Erdőd inscribantur et surr. Districtus Párkányensis VADiacono Stephano Tölgyesy, Parocho Szölgyénensi, ad praeindicatum Concursus terminum exhibeantur, supradicto Domino terrestri fine praesentationis cuiuspiam idonei Individui ab eodem transponendi, hocque facto eadem via horsum pro definitiva nominatione extemplo substernendi. Quod ipsum Docentibus subdocentibusque Vestris congrue notificetis. Strigonii die 15-a Februarii 1860.

**Nr. 811.**

Statio Docentis in Köbölkút vacat.

Observato hic iteratis vicibus eo, quod tabellares in rebus scholasticis relationes apud complures scholarum Inspectores et Directores sub praetextu defectus impressorum formularium ad praeivium finem praescriptorum adhaereant: eo Vos inviandos duxi, quod omnis generis isthaec formularia tam ex c. r. bibliopolio Vieniensi, quam a Budensi c. r. Universitatis Typographiae Directione, et quidem:

**Nr. 833.**

Formularia pro usu relationum schol. ubi acquirenda?

Formularium usibus testimonialium scholasticarum pro I. II. III. et IV. classe 100. exemplaria ab 1. fno 26. xris val. austr.

Formularium Tabellae A) phylira a 4. xris; denique

Formularium Tabellae pro scholis capitalibus praescriptae phylira erga 3. xros val. aust. via c. r. bibliopoliorum comparari possint. Lubenter Vobis formularia haec gratuito suppeditarem, nisi a concernentibus politicis Dicasteriis, congrue eatenus suo tempore requisitis, ipse iterato ad eadem e bibliopoliis procurari facienda inviatus essem, demtis forte formularibus Tabellae A) abinde hucdum suppeditari consuetis. Per se vero intelligitur, tabellares idmodi relationes, etiam de scholis capitalibus, utut a Directoribus vel dirigentibus Docentibus adparari solitas, a scholarum Inspectoribus debite sollicitandas et Officio dioecetano ad praescriptum terminum transponendas esse. Strigonii die 16-a Februarii 1860.

**Nr. 845.**

Baptismales de  
prohibus subdito-  
rum Principatus  
Schwarzburg  
exhibendae.

In sensu Edicti a caes. regio Ministerio cultus ddo 22-ae Januarii anni  
curr. Nr. 849. emanati, sicut super casibus obitus subditorum Principatus Schwarzburg-  
ici intra ambitum Imperii austriaci decedentium: ita etiam super nativitate pro-  
lium a praedicti Principatus subditis seu legitime seu illegitime isthic progeneratarum  
literae testimoniales per concernentes Curatos ex officio extradandae et ad respecti-  
vam Locumtenentialem sectionem fine ulterioris promotionis via Ordinariatus trans-  
ponendae sunt. Strigonii die 17-a Februarii 1860.

**Nr. 860.**

Pro Docentis sta-  
tione in schola  
capit. Levensi  
Concursus.

Concursum pro hac Docentis statione, cui munus Directoris quoque iunctum  
est, c. r. sectio Locumtenentialis. Poseniensis sub 5-a curr. Nr. 2535. in 15-am af-  
futuri mensis Martii defixit, usque quem terminum recursus dicto politico Dicasterio  
inscripti literis baptismalibus, attestatisque super supplicantis habilitate, moralitate, ad-  
plicatione, linguarum item hungaricae et germanicae cognitione instructi surr. VADiacono  
Districtus Levensis Mathaeo Dualszky, Parocho in Csejkó exhibeantur, Communi-  
tati oppidanae Levensi pro praesentatione communicandi, deinceps horsum fine promo-  
tionis transponendi. Emolumenta stationis huius 300. flos val. austr. nec non 100.  
flos titulo fatigiorum Directorialium efferunt. Competentes artis delineatoriae gnari ce-  
teris paribus praeferentur. Strigonii die 18-a Februarii 1860.

benevolus

*Joannuelard H. E. H. H.*



72

## Venerabili Clero Archi-Dioecesis Nostrae Strigoniensis Salutem in Domino et paternam Benedictionem!

**Nr. 4628.**

Consilium regium Locumtenentiale hungaricum ope Rescripti sub 22-a Novembris a. curr. Nr. 33463. ad me directi significat: altiores emanasse ordines, ut examen sic dictum habilitationis, in omnibus Praeparandiae Institutis per Regnum Hungariae vigentibus, cum exitu currentis anni scholastici, in sensu Resolutionis sub 5-a Januarii 1855. Nr. 17557. editae, rite asservetur. Pro subeundo examine isthoc adprobatorio, quale ad intellectuales Docentum facultates ultro percolendas, congruamque institutionis methodum sibi adpropriandam iterato adusque Loco altiore adursum fuit, Docentes scholarum elementarium formaliter adpliciti, et super absoluto idmodi habilitatis examine nullo, vel insufficiente testimonio provisi, se sistant oportet, quo sic uberius pertentati et ultro ad docendum habiles adrepti, stationibus suis immanere, vel melioribus admoveri queant, in casum renitentiae pro realibus Docentibus haud agnoscendi et adiunctis ita ferentibus a Praeparandiarum Candidatis, regnotenus sat numerosis, ac requisita habilitate pollutibus expungendi. Terminum dicti examinis, utprimum talis a parte Directionis Praeparandiarum intra ambitum ArchiDioeceseos meae existentium mihi innotuerit, fine congrue edocendorum Docentum Vobis intimare suo tempore haud intermittam. Strigouii die 27-a Novembris 1860.

Examen adprobatorium Docentibus annunciat.

**Nr. 4657.**

Advolutam isthic in duplici exemplo relationem annuam Sodalitatis „de perpetua Augustissimi Eucharistiae Sacramenti adoratione“ scopo eo Vobiscum communico, ut ex serie illius cognoscatis, quam efficaciter Sodalitas ista decorem domus DEI, donando egentioribus Ecclesiis vasa et paramenta sacra, promovere contendat. Recensentur relatione hac huius quoque ADioecesis egentiores Ecclesiae, quae de munere laudatae piae Sodalitatis paramenta sacra gratuito acceperunt. Atque vel istud sufficiat, quatenus tam salutare institutum benevolentiae et favoribus Vestris commendem. Obsequium sane praestabit Ecclesiae, quisquis instituti huius duplicem scopum, sive aggregatione membrorum et benefactorum, sive piis subsidiis succollaverit. Subsidia talia sive immediate Sodalitati ipsi, sive Officio dioecetano transponi possunt. Strigonii die 30-a Novembris 1860.

Sodalitas de SS. Sacramento commendatur.

**Nr. 4694.**

Pro vacante in Hecse, filiali parochiae Nagy-Herestény, labii slavici Docentis statione, Concursus in 8-am affuturi mensis Januarii praesentibus indicitur. Emolumenta ejusdem sunt: a singula prole scholari, quarum numerus ad 40. excurrit,  $\frac{1}{4}$  metr. pos. siliginis et  $\frac{1}{2}$  metr. pos. tritici, insimul itaque incirca 10. metr. siliginis et 20. tritici. Titulo didactri per unum flnum val. austr. et sabbatalium xrorum obveniunt 54. fl. val. austr. Porro 4. orgiae lignorum, e quibus et scholare conclave calefit, et canabetum. Habitaculum cubili, culina et camera absolvitur. Imminente commassatione aliquot iugera agrorum prosperari poterunt. Recursus scholarum Inspectori, Canonico honor. Josepho Valentovics, VADiacono et Parocho S. Benedictensi inscribantur et exhibeantur. Strigonii die 2-a Decembris 1860.

Docentis in Hecse statio vacat.

**Nr. 4769.**

Medio adiacentis in tot exemplis, quot pro ratione numeri parochiarum cuiusvis Districtus necessaria sunt, impressi folii, statistica penes Academiam hungaricam Commissio in fiducia patriotica Vos requirit, ut in adversa parte contentae tabellae rubricas, desideratis statisticis datis, usque ultimam diem mensis Martii, anni futuri complere velitis. Nullus dubito, quod requisitioni huic, pari patriotica promptitudine satisfacturi sitis, quaestionatique folii, mox ac illius rubricae per Vos completae fuerint, via respectivi VADiaconalis Officii remissionem opperiar, ut iterum abhinc praelaudatae Commissioni statisticae remitti possit. Strigonii die 8-a Decembris 1860.

Data statistica expetuntur.

**Nr. 4781.**

Concursus pro statione Docentis labii germanici in schola capitali Blumenthalensi vacante in 8-am venturi mensis Januarii hisce annunciat. Salarium Docentis in 336. flnis val. austr. relutum vero quarteriale in 84. flnis, e cassa Civitatis percipiendis, defixum est. Recursus requisitis testimoniis, signanter su-

In Blumenthalensi schola capit. vacat Docentis statio.

per habilitate pro scholis capitalibus instructi, civico Magistratui Psoniensi inscriban-  
tur et scholarum Inspectori, Canonico Carolo Heiller, VADiacono et Parocho eiat  
ad praedicatum terminum exhibeantur. Strigonii die 10-a Decembris 1860.

Nr. 4782.

Consignatio quot-  
tarum pro visita-  
tione schol. elem.  
et extractus Ratio-  
num de fundatio-  
nibus schol. ex-  
petitur.

Cum non dubitem scholarum elementarium visitationem, altiore Loco  
praescriptam, partim occasione publicorum examinum, partim tempore visitationis  
VADiaconalis adusque a singulis scholarum Inspectoribus rite praesumptam esse: con-  
notationem Ecclesiarum, quarum fisci pensum visitationis scholarum perstringendo  
haud sunt, una cum summa quottarum pro annis 185<sup>9</sup>/<sub>10</sub>. et 18<sup>59</sup>/<sub>100</sub>. obvenientium, a  
parte 19. Districtuum VADiaconalium adhuc opperior, extemplo submittendam, quo  
sic exassignationem earumdem ad fundum studiorum simul et et ad semel sollicitare  
possim, Extractus quoque Rationum super scholaribus fundationibus, ad an-  
num scholasticum proxime evolutum mense Novembri exhiberi soliti, quo fieri poterit  
ocys isthuc praesententur. Strigonii die 10-a Decembris 1860.

benevolus

Joannulard Heiller

738

# Venerabili Clero Archi-Dioecesis Nostrae Strigoniensis Salutem in Domino et paternam Benedictionem!

Nexu querelarum a Gymnasiorum Directionibus plus simplici vice in eo de-  
promptarum, quod maior prolium scholas elementares egressarum pars ordinem, Sacer-  
doti ad aram operanti ministrandi vel plane non, vel admodum imperfecte calleat,  
Consilium regium Locumtenentiale hungaricum ope Rescripti ddo 3-ae curr. Nr.  
39269. me requirit, ut Docentes dictarum scholarum ad hanc quoque institutionis scho-  
laris partem ex post sedulo implendam congrue exstimulem. Quare Inspectoribus non  
minus ac Directoribus scholarum elementarium districtim hisce committo, ut Docen-  
tes Vestros ad explanandam prolibus servitii idmodi, ad aram Altissimi praestandi,  
sublimitatem, ad responsa item Sacerdoti sacrificanti danda memoriae ipsorum solide  
imprimenda omnimode permoveatis, quo sic scholares hi sacrum idmodi ministerium  
ad grandiore usque aetatem, pro sui et fidelium aedificatione, prompta cum diligen-  
tia et debita cum dexteritate obeant. Strigonii die 16-a Decembris 1860.

Nr. 4876.

Ordo ministrandi  
rite ediscatur.

Concursus pro statione Docentis in Mankócz, filiali ad Velcsicz, Docen-  
tis item et Cantoris in Bajna (labii utrobique slavici) in 22-am affuturi mensis  
Januarii praesentibus defigitur.

Nr. } 4883.  
} 4884.

In Mankócz et  
Bajna Docentis  
stationes vacant.

Emolumenta prioris efficit ager 300. org. quadr.; 10. plaustra ligni; 35.  
fnis 96. xri val. austr. e cassa Communitatis; a singula prole scholari, quales 35.  
numerantur, titulo didactri 1. fnis 36. xri val. austr.; 14½. metr. pos. siliginis a  
Communitate; item 4. orgiae lignorum pro calefactione scholae. Habitaculum cubili,  
culina, camera constat.

Proventus stationis in Bajna vacantis consistunt in agello unius metr. pos.  
quem suis expensis Docens cultivat; 55. metretis siliginis; 6. orgiis ligni focalis et  
15. plaustris; in circa 100. fnis val. austr. titulo didactri; 6. fnis a pulsu organi,  
totidem e foundationibus; 50. incirca fnis titulo stolae. Requiritur notitia musicae  
figuralis tam in Docente, quam subdocente, quem is suis expensis intertenet. Hospi-  
tium cubili, culina, camera et stabulo absolvitur, domuiquo hortus 150. org. quadr.  
amplus adiacet. Recursus debite instructi concernentibus scholarum Inspectoribus, signan-  
ter: Canonico hon. VADiacono et Parocho S. Benedictensi Josepho Valentovich,  
VADiacono item et Parocho N.-Tapolesánensi Vincentio Kubicza, inscribantur et  
ad praedicatum terminum exhibeantur. Strigonii die 17-a Decembris 1860.

Nr. 4899.

Consilium regium Locumtenentiale hungaricum sub 25-a Novembris a. curr.  
Nr. 36720. penes reexhibitionem Protocollorum Congregationis, intra ambitum c. r.  
sectionis Locumtenentialis olim Poseniensis, decursu anni 185%. districtualiter cum  
Docentibus asservatae, cum solatio et magna conquiescentia se advertisse significat:  
116. Curatos et 551. Docentes Conferentiis his intervenisse, consultationes item et  
colloquia ut plurimum scopo Congregationum harum conformiter et utiliter in iisdem  
praesuscepta fuisse. Quare dictum politicum Dicasterium, dum dioecesano huic Offi-  
cio pro energica salutaris huius Instituti succollatione, accomoda item obiectorum et  
multiplicium quaestionum in Conferentiis his occurrentium expeditione grates promit,  
una condignam pro studiis fatigiisque Vestris, in intellectualem moralemque Docen-  
tum perfectionem hac etiam via impensis, recognitionem testatur, id districtim com-  
mendando, ut practicae inprimis Conferentiarum harum utilitatis ratio habeatur, omni-  
modeque in id intendatur, ut conformis institutionis scholaris methodus, coram cum  
prolibus producenda, omnibus et singulis, qui Conferentiis idmodi interveniunt, prin-  
cipaliter ob oculos sistatur. Strigonii die 18-a Decembris 1860.

Conferentiarum  
cum Docentibus  
practicus usus  
inculcatur.

benevolus

Joannuelard Hystm

# JOANNES

S. R. E. TITULI S. CRUCIS IN HIERUSALEM PRESBYTER CARDINALIS

SCITOVSKY,

DEI ET APOSTOLICAE SEDIS GRATIA METROPOLITANAE ECCLESIAE STRIGONIENSIS ARCHIEPISCOPUS, SANCTAE SEDIS APOSTOLICAE LEGATUS NATUS, INCLYTI REGNI HUNGARIAE PRINCEPS PRIMAS, SUMMUS ET SECRETARIUS CANCELLARIUS, INSIGNIS ORDINIS S. STEPHANI REGIS APOSTOLICI PRAELATUS ET MAGNAE CRUCIS EQUES, INS. ITEM ORD. LEOPOLDI IMP. MAGNAE CRUCIS EQUES, S. C. ET R. APOSTOLICAE MAJESTATIS ACTUALIS INTIMUS CONSILIARIUS, SACERDOS JUBILARIS, AA. LL. ET PHIL. NEC NON SS. THEOL. DOCTOR, ETC. ETC.

## Venerabili Clero Archi-Dioecesis Nostrae Salutem et Archi-Episcopalem Nostram Benedictionem!

Proxime complebitur biennium, quod largiente Domino Concilium Provinciale iure Metropolitano in Sacra Basilica Strigoniensi a Dominica XVII. usque XIX. post Pent. praesentibus omnibus, qui de iure et consuetudine Concilio Provinciali intervenire debent, cum Reverendissimis Antistitibus Suffraganeis, per Canones praescripto modo celebraverimus. — Desiderio desideravimus, omnemque impendimus sollicitudinem, ut Concilii eiusdem Decreta, per Congregationem Concilii Romae recognita, et per Litteras Apostolicas Beatissimi Pii IX. Pontificis Maximi die 31-a Mensis Januarii anni proxime elapsi laudata, eodem adhuc anno Clero Nostro, in Synodum circa Nos coadunando publicarem, observantiam eorum inculcarem, ac necessarias et opportunas inviationes tribuerem.

Placuit interim Providentiae Divinae peccata populorum et nostra, exorto in ditionibus Monarchiae italicis peracerbo bello vindicare, et hoc modo intentionibus nostris impedimenta ponere. — Nos attamen, etsi continuative calamitosis hisce diebus sancta pace, quam mundus dare non potest, perfrui non liceat, imo Ecclesiam Catholicam et Summum Christi in terris Vicarium, a tenebrarum filiis incessanter impugnari tristes videamus, ad muneris Nostri partes explendas, et Sacro-Sancti Concilii Tridentini (Sess. 24. Cap. 2. de Ref.) Decreto exhibendum obsequium, praemissa matura deliberatione, in animo constituimus; ut Synodum e Honorabili Clero Dioecetano, Nobis Charissimo, collectam, Mense Septembri anni huius 1860. auxiliante Domino celebrarem; firma spe succensi, quod Pater coelestis, Largitor omnis consolationis, Qui dedit velle, dabit pro sua in Nos Misericordia etiam perficere.

Itaque Nostrorum gloriosae memoriae Praedecessorum vestigiis insistentes Synodum Dioecesanam in Basilica Strigoniensi, sub potenti protectione Beatissimae in Coelos Assumptae Virginis Mariae et S. Adalberti Ep. Martyris pro die 25-a Mensis Septembris, Beato Gerardo, Csanadiensium Episcopo in hac alma Dioecesi ad Budam Martyrio coronato, Sacra — indicimus, et praesentium per vigorem in Nomine Domini convocamus eum ob finem: ut Vobis, in unum collectis, Decreta Concilii Provincialis anno 1858. lata publicarem, eorum conscientiosam observantiam paterne commendarem, inculcarem, et respectu practicarum obligationum opportuna disponerem.

Idquidem solatii Nostri sensus quam maxime augeret, si omnes et singulos, penes oves pascuae Nostrae pondus diei et aestus egregie sustinentes, circa Nos videre, adsalutare et paterno pectori Nostro adstringere valeremus; ast quia idmodi omnium filiorum in consortio senescentis Patris conventum continuativa cura animarum per longe lateque diffusam Dioecesim haud pateretur, penes Apostolicam Beatissimi Patris sub die 11-a praeteriti mensis Junii anni curr. editam in Lege Concilii

Tridentini dispensationem, ad indictam taliter Synodum solum Metropolitanum cum duobus Collegiatis Capitulis — porro singuli VADiaconi tantum, ac notabilium urbium (oppidorum) Parochi et Theologi Professores venire obligantur; reliquo Clero Curato per id in synodales consultationes influente, quod in districtualibus Congregationibus omnis et singulus Curatus sensa sua depromendi occasionem habuerit.

Omnibus itaque his in virtute sanctae et salutaris obedientiae praecipimus et mandamus; ut die 25-am Mensis Septembris praecedente ita Strigonium adpellere contendat, quod eadem (id est die 24-a Sept.) horis pomeridianis praeliminari Sessioni in Ecclesia Seminarii S. Stephani R. C. intervenire valeant. — Ferent autem secum singuli: Rochetum, Stolum col. rubr., Biretum (Dignitarii Mozettam quoque) Breviarium et Decretorum Concilii Provincialis exemplar. — Caeterum quiqui Dioeceseos huius Presbyteri absque neglectu officiorum suorum advenerint, facta apud Ceremoniarium synodalem insinuatione, sessionibus qua auditores interesse poterunt.

Quo vero studia nostra et conamina desiderato coronentur effectu, confugiamus Charissimi! — praefereuter, qui consultationibus synodalibus interventuri sumus, ad Patrem Luminum, suppliciter orantes: ut qui nihil possumus ex Nobis, sed omnis sufficientia nostra a Deo est, largiatur de Sede Maiestatis Suae gratiam praevenientem et perseverantem! — infundat mentibus nostris Spiritum suum Sanctum! — quatenus Eo duce simus corde et ore unum, — in nullo deviemus a vero — in cunctis teneamus moderationem — observemus charitatem — et quae Nos tantopere commendat Deo, Magistri Nostri Christi Jesu humilitatem!

Quia vero multorum oratio coelos penetrat, Dom. XVI. post Pent. celebrationem Synodi populo ex ambone annunciabitis — quo scopo haec fiet, explanabitis, et tam hac quam et Dominica sequente XVII. post Pent. finita Missa, sub exposito Venerabili Sacramento celebranda, 3. Pater et Ave cum oratione ex Dom. I-a post Pent. „Deus in te sperantium fortitudo“ lingua vernacula persolvatis — item singulus Celebrans pro felici successu Synodi eandem Collectam quotidie assumet. — Denique diebus a 24-a usque 28-am Septembris, quibus ipsa Synodus consultationes habitura est, duplicate preces! et Sanctissimam Dei Matrem — Auxilium Christianorum — devota mente iunctis manibus rogate! ut in Synodum collecti, quae Ei placita sunt, et dictis exequamur et factis! — Auxilium Nostrum in Nomine Domini! Amen. Datum Strigonii festo S. Jacobi Apostoli (25-a Mensis Julii) Anno Domini 1860. Episcopatus nostri trigesimo tertio, Archi-Episcopatus undecimo, Sacerdotii vero nostri Jubilaris primo.

*Winnicard Agny*



## Venerabili Clero Archi-Dioecesis Nostrae Strigoniensis Salutem in Domino et paternam Benedictionem!

**Nr. 3802.**  
Scholarum Inspectores quorundam Districtuum VADiaconalium, puncta visi-  
tationis scholarum elementarium, circularibus ordinibus sub 1-a Octobris 1859. Nr.  
3585. abhinc editis indigitata, rubricis praevio fine confectis intulerunt, relationemque  
de peracta scholarum visitatione, dictis rubricis adaequate completis, improbo sane la-  
bore concinnarunt, usibus dioecesanis huius Officii inservituram. Ne igitur sive hi in  
futurum, sive alii de praesenti operoso idmodi labori manus admoveant: scholarum  
Inspectores, ad tenorem supramemoratarum circularium hisce attentos reddo, quibus  
diserte enunciatur, resultatum visitationis scholarum ope Tabellae A) horsum perferen-  
dum esse. Ut adeo, quidquid reflectendum venit, sive rubricae observationum dictae  
Tabellae quam succinctissime, sive vero proluxiore remonstratio Tabellam A) comi-  
tante ob oculos sisti debeat, eo semper diserte adnotato, quidnam fine medendorum  
defectuum scholarium a scholarum Inspectoribus et quo cum effectu? praesumptum  
sit. Obiectam visitationis huius in sensu praecallatorum dioecesanorum ordinum cor-  
poralis quoque prolium scholarium cultura et conclavis scholaris mundities, sedula re-  
centis aëris immissione obtinenda efficit, quod ut scopo conservandae sanitatis Docen-  
tibus et prolium parentibus omnimode inculcetur, nexu etiam Rescripti Consilii regii  
Locumtenentialis hungarici sub 24-a Septembris a. curr. N. 14922. ad me directi  
impense Vobis commendo. Strigonii die 27-a Septembris 1860.

Relatio de visita-  
tione scholarum  
qualiter exhiben-  
da? Cura mundi-  
tiae prolium et  
conclavis schola-  
ris habenda.

**Nr. 3928.**  
Concursus pro statione subdocentis labii slavici, per se subsistente, in filiali  
Parochiae Szakoleza possessione Mokriháj vacante, in 13-am affuturi mensis No-  
vembris praesentibus annunciat. Emolumenta eiusdem consistunt: in 150. flnis val.  
austr. a Communitate; in 15. flnis titulo stolae; in 18. flnis titulo ligni percipi soli-  
tis; 15. item metretis posoniensibus siliginis et iure pascui. Habitaculum duobus (prae-  
ter scholare conclave) cubilibus, camera, stabulo, area et hortulo constat. Recursus debite in-  
structi scholarum Inspectori, surr. VADno Sasvárensi Rudolpho Krigovszky, Pa-  
rocho in Radossócz inscribantur et exhibeantur, qui nominationem subdocentis in sen-  
su §-i 20-i ministerialis Resolutionis ddo 27-ae Octobris 1857. N. 741. rite prae-  
suscepturus est. Quod ipsum Praeparandiae Candidatis et subdocentibus congrue noti-  
ficetis. Strigonii die 11-a Octobris 1860.

Subdocentis sta-  
tio vacat.

**Nr. 3984.**  
Consilium regium Locumtenentiale hungaricum, ope Rescripti sub 7-a curr.  
N. 16878. horsum directi, pretium libri versi, auctore M o s h a m m e r labio germanico edi-  
ti, iconibus naturalibus referti, atque in charta dura compacti, in 64. xris val. austr.  
defixum esse insinuat. Id quod reflexe ad annunciationem sub 6-a Septembris a. curr.  
N. 2562. abhinc factam eo addito ad notitiam Vestram perfero, quod, siquidem li-  
brum hunc idiomate bohémico concinnatum esse intelligam, talis pro usu duntaxat  
Docentum linguae huius peritorum, nequaquam vero usibus scholarium, peregrini idio-  
matis huius haud gnarorum, abhinc fine procurationis commendetur. Strigonii die 16-a  
Octobris 1860.

Moshammeriani  
libri pretium.

**Nr. 4006.**  
Concursus pro hacce labii hungarici Docentis una Cantoris statione in 20-am  
Novembris a. curr. hisce defigitur. Proventus eiusdem sunt: titulo institutionis a Com-  
munitate 136. flni 50. xri val. austr.; ab eadem pro diversis 10. flni 50. xri; a co-  
lonis et inquilinis in matre et filialibus 24. flni; titulo stolae incirca 17. flni; porro  
32. metr. pos. frumenti mixti; a Dominio 8. metr. pos. siliginis; fructus 8. iugero-  
rum et 748. orgiarum catastralium terrae arabilis; 252. rami virgultorum; 4 ligni  
orgiae pro calefactione scholae, pascuatio item 4 frustorum pecoris. Habitaculum con-

Vacans Docentis  
in Zámoly sta-  
tio publicatnr.

1860.

stat uno cubili, culina, camera, stabulo et exiguo horto. Recursus debite instructi scholarum Inspectori et surr. VADno Districtus Hedervárensis Sigismundo Peőcz inscribantur et ad praeindicatum terminum exhibeantur. Strigonii die 17-a Octobris 1860.

**Nr. 3882.**

Neumányi Franciscus obiit.

Die 2-a curr. pie in Domino defuncti Francisci Neumányi, Parochi dum viveret Vajkaensis, animam solitis suffragiis commendando, simul pro exhibendis isthuc per aspirantes ad vacans taliter redditum Beneficium parochiale recursibus 15-am proxime adfuturi mensis Novembris diem hisce praefigo. Strigonii die 9-a Octobris 1860.

benevolus

*Joannulard Egerm*



## Venerabiles Fratres et Filii Charissimi!

**F**luctus feri maris despumantes in Italia, in ipsis etiam iuris pontificii provinciis, confusiones suas, tam ex publicis pagellis, quam ex ore etiam Sanctissimi Domini Nostri Pii Papae IX. imprimis per allocutionem in Consistorio secreto die 26-a praeteriti mensis Septembris anni curr. habitam innotuerunt Vobis, Fratres in Christo Dilectissimi! Scilicet quidam homines impii, DEI nostri gratiam transferentes in impietatem, non solum Dominatorem et Dominum nostrum JESUM Christum factis negant, sed legitimam quoque potestatem, vindicem in iram ei, qui malum agit, omni virium contentione subvertere nituntur. Imo periculum virium suarum in evertendo Romani Pontificis civili Principatu facere jam adgrediuntur, probe gnari, deleta hac dominatione, quam devotio fidelium fundavit, mansuetudo, lenitas et beneficentia Pontificum firmavit, imo, teste historia, providentia divina longo saeculorum, mille et ultra annorum decursu sustentavit, pronam fore viam ad subruendos etiam alios principatus, qui non tanta tantorum hominum religione foveantur.

Iniquitas semper mentita est sibi et turpitudinem suam variis coloribus tegere conatur; ita isti filii diffidentiae quoque „se catholicos esse et supremam Romani Pontificis spiritualem potestatem auctoritatemque colere ac venerari affirmant.“ Ast fallacem esse hanc declarationem opera ipsorum arguunt; non enim dubitant, ut Sanctissimus Dominus Noster amare queritur, „in ecclesiasticam quoque invadere potestatem, cum novas de nosocomiis, aliisque piis legatis, locis et Institutis leges ediderint, neque timuerunt aliquos ecclesiasticos viros vexare, eosque vel expellere, vel etiam in carcerem conjicere. „Non desinunt hujus factionis moderatores omnem artem in corrumpendis populorum moribus impendere, per libros praesertim atque ephemerides tum Bononiae, tum alibi editas, quibus fovetur quidlibet audendi licentia et Christi his in terris Vicarius iniuriis laceratur, ac religionis pietatisque exercitationes ludibrio habentur, precesque ad Immaculatam Sanctissimamque DEI Genitricem Virginem Mariam colendam, eiusque potentissimum patrocinium implorandum adhibitae irridentur. In scenicis vero spectaculis publica morum honestas, pudor, virtusque offenditur, et personae DEO sacrae communi omnium contemptioni et irrisioni exponuntur!“ Sunt verba Pontificis.

Qui hujusmodi homines non esse de semine virorum illorum, per quos salus facta est in Israel, haud videt, illum profecto DEUS coecitate percussit. Quis enim expectet libertatem ab iis, qui servi sunt corruptionis? plus quam satis testantur Annales; mendaces hujusmodi libertatis vindices, quamprimum rerum potiuntur, omnem potestatem ad se pertrahere et deceptis populis nihil aliud relinquere, quam duram coeque obediendi, tacendi ac gemendi necessitatem; quis unquam iura et facultates suas sub istiusmodi seductorum regimine in tuto collocata vidit? nonne potius facta loquuntur, abdicato omni iustitiae sensu, primum quidem illas facultates, quibus vesana habendi cupiditas maxime inhiabat, deinde autem aliorum quorumvis bona et substantiam scelestis manibus direptas fuisse. Quanta strages et qualia pericula provenire possint ab hominibus, qui tanta religione sacratam Maiestatem blasphemant, tot seculorum usu firmatum patrimonium invadunt, solennibus pactis agnita et assecurata iura conculcant, haud difficile est intelligere. Et ideo nefandam hanc temeritatem, omni iuri et iustitiae adversam cum Sanctissima Capitis Ecclesiae persona et patrimonio S. Petri agendi rationem, coram Deo, in facie Christi Jesu, ejusque Sanctae Ecclesiae, imo coram universo orbe, Nostro fideliumque Nostrorum nomine damnamus et reprobamus.

Novimus quidem, Dilectissimi Fratres! neminem illorum, qui Principis Apostolorum Successoribus irreverentes vel plane infestos se exhibuerunt, in articulo mortis dicere potuisse: quid mihi accidit triste? Confidimus illos etiam, quorum causa et iura in persona Sanctissimi Domini Nostri contemnuntur et conculcantur, timore impendentis sibi periculi evigilatos, et coram mundo demonstratos esse, se non sine causa gladium portare; speramus etiam firmiter non dormire, neque dormire, qui custodit Israel: ast simul lectione S. Evangelii docemur, motu magno facto in mari, ita

Nr. 3968.

Preces pro Summo Pontifice indicuntur.

ut navicula operiretur fluctibus, JESUM dormivisse et clamore discipulorum „Domine! salva nos perimus,“ excitatum fuisse, ut imperaret ventis et mari et fieret tranquillitas magna. Dum igitur Nos quoque moesti experimur naviculam Ecclesiae, Sanctissimi Domini Nostri et Sedis Apostolicae iura feris maris fluctibus quassari, filialis pietas et catholici nominis gloria nos provocat, ut „adeamus cum fiducia ad thronum gratiae, ut divini auxilii spe solatium et fortitudinem in rebus tam adversis assequamur; nec desistamus divitem in misericordia DEUM assiduis fervidisque precibus humiliter enixeque orare et obsecrare, ut omnipotenti sua virtute omnes aberrantes, quorum forsitan aliqui misere decepti nesciunt, quid faciunt, ad meliora consilia atque ad iustitiae, religionis salutisque semitas reducat.“

Ideo pietatem devotionemque Vestram, erga S. Sedem Apostolicam non tam provocando, quam eidem potius occurrendo, dispono, ut mox a perceptis praesentibus ordinibus sequenti die Dominica vel festo, fideli populo sollicitudinem et moerorem Sanctissimi Domini Nostri solide, ast simul caute proponatis, unaque provocetis, ut pro sua erga Vicarium JESU Christi reverentia fervidas suas preces cum Vestris coniungat. Deinde autem omnibus diebus dominicis et festis tam ad finem Missae, quam etiam post cultum pomeridianum, coram exposito in Ciborio Venerabili Sacramento, tria „Pater“ et „Ave“ cum oratione „DEUS refugium nostrum et virtus“ lingua vernacula cum populo oretis, Vos ipsi vero singulis diebus in Missa summetis Collectam pro Papa, ut Dominus Ecclesiae suae inimicos humiliare dignetur; imo, siquidem omnipotentiam suam parcendo maxime et miserando manifestat, errantium corda misericorditer convertat! Datum Strigonii festo S. Eduardi Conf., die 13-ia Octobris 1859.

benevolus

Joannulard H. E. H.

# JOANNES

S. R. E. TIT. S. CRUCIS IN HIERUSALEM PRESBYTER CARDINALIS

SCITOVSZKY,

DEI ET APOSTOLICAE SEDIS GRATIA METROPOLITANAE ECCLESIAE STRIGONIENSIS ARCHIEPISCOPUS, SANCTAE SEDIS APOSTOLICAE LEGATUS NATUS, ORDINUM RELIGIOSORUM PER ECCLESIASTICAS PROVINCIAS STRIGONIENSEM, COLOCENSEM, AGRIENSEM ET ZAGRABIENSEM VISITATOR ET DELEGATUS APOSTOLICUS, INCLYTI REGNI HUNGARIAE PRINCEPS PRIMAS, SUMMUS ET SECRETARIUS CANCELLARIUS, INSIGNIS ORDINIS S. STEPHANI REGIS APOSTOLICI PRAELATUS ET MAGNAE CRUCIS EQUES, S. C. ET R. APOSTOLICAE MAJESTATIS ACTUALIS INTIMUS CONSILIARIUS, AA. LL. ET PHIL. NEC NON SS. THEOL. DOCTOR, ETC. ETC.

## Venerabili Clero Archi-Dioecesis Nostrae Salutem in Domino et paternam Benedictionem!

Inter effectus salutare Conventionis Sanctam inter Sedem Apostolicam et Augustissimum Imperatorem ac Regem Nostrum Apostolicum prospere initae haud postremo certe loco reputari debet, quod dum Articulo XXIX. Ecclesiae ius novas iusto quovis titulo libere acquirendi possessiones reassertum, eiusque proprietatem in omnibus quae nunc possidet, vel imposterum acquirere pro inviolabili solenniter declarata foret, Articulo mox sequenti, i. e. XXX. administratio bonorum ecclesiasticorum apud eos futura enunciatur, ad quos illa secundum Canones spectat.

Apud nos equidem in Hungaria, hoc ipsum — si aliquot Civitates Regias demamus — et hactenus usuveniebat; in quantum peculii cuiusvis Ecclesiae ordinarius administrator respectivus Curatus fuit, Episcopi autem superinspectionem exercebant, ast in ceteris Monarchiae Austriacae provinciis peculiorum sacrorum directio et administratio vix non ex toto civilis viguit.

Augustissimi Principis nostri erga Ecclesiam pietas et conscientiae teneritudo, hac quoque in parte nativum Ecclesiae ius restabilivit, nec nisi quae Eum, ceu summum Ecclesiae Protectorem et Patronum suapte natura concernunt, sibi pro futuro reservavit.

Necessarium taliter evasit, ut determinantur Normae, secundum quas supra-provocatus XXX. Concordati Articulus ita in vitam deducatur, ut illorum etiam influxus, quibus talis e rei natura, sensuque SS. Canonum competit salvus remaneat.

Praestitit id Conferentia totius Monarchiae Epporum Viennae, Anno 1856. asservata, quatenus opportuna hanc in rem Decisa ferre non intermisit; quae Decisa postquam vigore altissimae Resolutionis d. 3. Octobris anni 1858. emanatae ratihabita essent, iuvat nunc fundamento istorum, habito simul ad usum et praxim apud nos adusque vigentem respectu, sequentes Normas in administratione peculiorum ecclesiasticorum, puta: peculii Ecclesiarum, peculii piarum foundationum, et ipsorum parochialium Beneficiorum, dehinc ad amussim et universaliter, proin nec Civitatibus Regiis exceptis, observandas pro hac Nostra Archi-Dioecesi praescribere.

### Titulus I.

De administratione peculii sacri Ecclesiarum et piarum foundationum.

#### Caput I.

*De iis, per quos et quorum cum influxu administratio haec procuratur.*

§. 1. Peculii sacri cuiusvis singularis Ecclesiae naturalis administrator est concernens Ecclesiae Rector; cui unus, ad summum duo viri e gremio parochianae Communitatis eligendi, et porro quoque nomine Syndicorum insigniendi, sociam operam navant, et

Nr. 1637.

Normae administrationis peculii sacri.

in administratione partem capiunt. Ubi amplius est, et administratu difficilius peculium sacrum e. g. in Civitatibus, possunt alia adhuc individua in subsidium administrationis assumi.

§. 2. Quali influxu in administratione peculiorum ecclesiasticorum gaudeant Patroni, decursu huius Instructionis recensebitur. In genere Patronis ecclesiarum integrum est, sive per se, sive per suos Repraesentantes, qui tamen semper viri catholici et intemeratae vitae sint oportet — ad fini congruenter administrandam proprietatem Ecclesiae suo patronatui obnoxiae, consilio cooperari — si aliquis Patronus comprobando est, quod sibi vigore fundationum plus iuris competat, liberum ei manet, hoc suum ius evincere et in salvo collocare. Per Suam Maiestatem Sacratissimam non solum in Ecclesiis Augustae C. R. Familiae, sed et in illis fundorum publicorum: Religionis et studiorum, quos videlicet fundos C. R. Regimen nomine Ecclesiae administrat, iura patronalia sicut hactenus, ita et imposterum exercebuntur.

§. 3. Quis et qua mensura indigentis Ecclesiae in casu insufficientiae respectivi fisci subvenire teneatur, iuxta praevigentes Normas diiudicandum venit, quae porro suum vigorem retinent, ita disponente antefata altissima Resolutione. Placuit nihilominus Suae C. R. Maiestati, novam huius obiecti coordinationem Sibi clementer reservare, subin ita effectuantam, ut condigna SS. Canonum, vigentis item in diversis Imperii Provinciis usus, nec non sublatis inter Dominia terrestria et subditos nexus ratio habeatur.

§. 4. Syndici, qui a sic dictis aedituis vel sacristanis, proprie servis Ecclesiae, bene distingvendi sunt, debent esse viri morum exemplarium, fidei integrae, et quantum possibile est, bene possessionati; praeterea sufficiente pro hoc munere dexteritate et peritia pollentes, et ubi bini sunt, propingviore cognatione ad invicem haud iuncti. Iidem a Curato, habita ad iusta parochianae Communitatis et Patroni desideria reflexione, via Officii VADiaconalis Ordinariatui proponuntur, per hunc pro triennio nominandi. Evolutio hoc tempore ii ipsi rursus proponi et constitui poterunt; quodsi vero aliquis eorum officio suo haud debite responderet, poterit ab hoc etiam ante elapsam triennium removeri.

§. 5. Introductio Syndicorum ad suum officium, fit per Districtualem VADiaconum; qua occasione penes gravem cohortationem ad fideliter exequendum munus suum, idem VADiaconus iuramentum ab eis excipiet super eo: quod peculium sacrum iuxta suam optimam scientiam et conscientiam, praescriptasque normas manipulare, conservare, et contra quamvis iniquam laesionem pro virili tueri velint. Munus ocepturis Rationes ultimi anni et Inventarium rerum ad dotem et proprietatem Ecclesiarum pertinentium communicabuntur, ut de peculio sacro, huiusque constitutivis partibus debitam notitiam acquirant.

§. 6. Syndici munus suum de regula gratis, pro honore, obibunt; ubi nihilominus quibusdam emolumentis adusque perfruebantur, in horum usu porro etiam permanere poterunt. Quia vero Patres quodammodo sunt parochianae Communitatis, qui Rectori Ecclesiae, in huius nec non piarum fundationum emolumentis promovendis, ex amore Dei et proximi cooperantur, digni profecto sunt, ut eos reliqui fideles peculiari honore et gratitudine prosequantur, illisque ubi id fieri potest, in Domo Dei, in processionibus et solennitatibus ecclesiasticis honorificentior prae ceteris locus obveniat.

§. 7. Habent illi ius, imo obligationem, sollicite, quemadmodum probos Patres familias decet, curandi: ut peculium Ecclesiae et piarum fundationum iuxta praescriptas normas administretur; quin tamen se possint ad iura, quae Rectori Ecclesiae, sive quoad cultum divinum, sive quoad curam animarum competunt, ingerere, aut illa quodumcunque modo laedere. Officio suo decedentes super iis, quorum curam specialem commissam sibi habebant, rationes reddere, damnumque nefors culpa sua causatum, resarcire tenebuntur.

§. 8. Rector Ecclesiae ceu Praeses administrationis cum Syndicis, de regula ultima Dominica cuiuslibet mensis, post absolutum cultum divinum pomeridianum consultationem asservabit. — Ubi Ecclesia de exigua solum proprietate disponit, sufficiet omni bimestri idmodi consultationem asservare; nisi forte negotii alicuius gravitas exposceret, ut citius etiam et extraserialiter asservetur. Super Consultatione duci debet Protocollum; pro quo munere Capellanus, ubi adest, opportune adhibebitur. Obiectum consultationum constituent in genere negotia peculium sacrum, eiusque administrationem attinentia; in specie vero elocatio, aut edictio Capitalium non aliter, nisi occasione si-

milis consultationis decerni potest. Quodlibet administrationis membrum libere mentem suam de obiecto consultationis aperire, et pro commodo peculii sacri consilia sua promere poterit; quae si non acceptarentur, patebit recursus ad VADiaconum, ab hoc autem ad Ordinarium. Patronus, si ipsemet aut repraesentans eius intra ambitum Dioeceseos habitet, de termino celebrandarum consultationum, periodicarum quidem semel pro semper, extraserialium autem de casu in casum praevis informandus, ut pro beneplacito suo iis intervenire possit.

§. 9. Membra administrationis pro stricta observantia omnium normarum ac dispositionum, quae se ad hanc ipsam administrationem, et debitam peculio sacro procurandam securitatem referunt, ac idcirco etiam pro quovis damno, quod e culpabili earundem normarum et dispositionum neglectu provenerit, responsionis oneri subiacent.

## Caput II.

### *Normae in administrando Ecclesiae peculio observandae.*

§. 10. Peculium Ecclesiae, praeter paramenta, pretiosa, utensilia pro cultu divino necessaria, et omnis generis suppellectilem seu praeter sic dicta mobilia, insuper constituunt aedificia, fundi immobiles, capitalia et iura, quorum proventus, census et reditus ad perstringendas cultus divini indigentias et in quantum salvis his, fieri potest, etiam ad conservandas aedilitates ecclesiasticas sunt destinati.

§. 11. Super cuiusvis Ecclesiae (matris et filiae) peculio, i. e. universis bonis tam mobilibus quam immobilibus debet confici Inventarium, et in hoc omnis, quae successive per incrementum aut decrementum evenit mutatio solerter ac conscientiose praenotari. Signanter quoad fundos immobiles in omni exponi debet: illorum extensio, et capacitas, prout hae funduali libro illatae existunt — numerus parcellaris, dein vicini parte ex utraque, quemve fundos hos cultivandi maneat obligatio? quoad capitalia: summa capitalis, species pecuniae, census procentualis, datum obligatoriale, et quod hae, specialiter autem ad qualem debitoris substantiam sint intabulatae? quoad pretiosa: species metalli e quo constructa sunt, et si nefors lapidibus pretiosis aut unionibus sunt distincta, horum adcurata cognominatio, et numerus, — quoad praestationes, quae in natura fiunt: harum species et quantitas, — denique quoad aedificia: istorum status et conditio; verbo nihil licebit omittere, quod praenotare e re esse censetur. Inventarium tale quotiescunque novus Curatus ad Ecclesiam regendam accedit, et praeterea omni decennio de novo conficiendum erit in duplici exemplo, e quibus unum deponetur ad cistam Ecclesiae, alterum inferetur ad Archivum Dioecesanum. Porro Inventarium isthoc quotannis occasione Censurae Rationum producet, num omnia adsint? quidve decursu illius anni seu ad substantiam Ecclesiae accesserit, seu ab ea decesserit, investigabitur et authenticabitur.

§. 12. Quaevis Ecclesia cuius peculium seorsim administratur, provisa esse debet speciali cista, e ferro, aut adminus duro ferreisque laminis bene firmato ligno parata, dupplicique clavi, quarum una citra adminiculum alterius reserare nequeat, instructa, atque ad id destinata, ut in ea Instrumenta litteraria, corpus Rationum ultimo anno reddituum, cum respectivis documentis, litterae fundationales et obligatoriales, Inventarium demum et pecuniae conserventur. Cista haec de regula asservabitur in aedibus parochialibus — clavim unam habebit Curatus, alteram Syndicus, nec erit licitum claves ipsas sibi invicem submittere, sed quidquid in cistam inferetur, aut ex ea effertur, in praesentia utriusque fieri, seu quod idem est, Contraseratura stricte debet observari.

§. 13. Membra Administrationis eo suas curas dirigendas habent, ut reditus Ecclesiae non solum in eum, in quem destinati sunt finem, cultus videlicet divini solennem asservationem, sacramentorum administrationem et in functionum sacrarum persolutionem impendantur, sed etiam prudenti oeconomia in tantum augeantur, ut fiscus Ecclesiae emergentibus quibusdam maioribus necessitatibus e. g. reparationis aut structurae aedium ecclesiasticarum ad requisitos hoc fine sumtus aliqua saltem parte, citra tamen detrimentum ipsius cultus divini possit concurrere, quo sic alleviatur onus eorum, qui ad ferendos similes sumtus obligati sunt. Quapropter agri, prata, vineae, generatim fundi immobiles debite cultiventur, reditus omnes tam hinc, quam aliunde provenientes diligenter incassentur, restantiae seu interusuriales seu aliae quaecunque vel ideo etiam non tolerantur, ne secus neglecta praetensio post triennium in sensu legis

civilis exspiret, et inincassabilis evadat — erogationes non necessariae vitentur, quae autem fieri debent, omni cum circumspectione fiant.

§. 14. Pecuniae quae e sic dicta nolula, i. e. marsupio intrant, mox post cultum divinum coram Parocho numerentur, diario inscribantur, et securo interim loco reponantur, prima occasione cistae Ecclesiae in concursu Syndici inferendae. Pariformiter aliae quoque perceptiones indilate ad diarium inscribi debent.

§. 15. De singulis perceptionibus et erogationibus — quae posteriores semper nonnisi erga quietantias fieri possunt, ordinatum Protocollum i. e. Diarium duci debet, et quidem distinctum sit diarium Ecclesiae, et piarum foundationum, — ita autem oportet illud comparatum esse, ut omni die concludi possit.

§. 16. Administratores peculii Ecclesiae praeter ordinarias, quae quotannis recurrunt erogationes, in extraseriales necessitates absque praevis impetrando Ordinariatus indultu expendere possunt summam, quae de casu in casum 20 fl. v. a. non excedat — nisi forte patronus aut eius repraesentans, consultationi, in qua de huiusmodi erogatione deliberatum fuerat, interveniens, rem Ordinariatus pro decisione proponendam postularet.

§. 17. Expensas extraordinarias, seu ut dici amat, non systematisatas, quae summam 20 fl. v. a. praecedente §-o defixam excedunt, e reditibus peculii Ecclesiae resolvere solius Ordinarii est; ad quem administratio suum supplicem una cum expe-tita praevis Patroni, in quantum consultationi non intervenisset — declaratione promovendum habebit. Obtentus indultus occasione revisionis Rationum exhibendus est in origine.

§. 18. Hoc idem observandum venit dum de elocandis vel edicendis Capitalibus aut ineundis — utique non aliter quam via publicae licitationis — arendalibus Contractibus agitur; in casu priore indultus, in posteriore adprobatio ab Ordinariatu peti debet.

§. 19. Administrationi nefas est Capitalia — sub onere refusionis — aliis in censum locare, nisi qui vel ad notorietatem sufficiente hypotheca provisi sunt, et secus de minori tantum summa elocanda sermo est, vel se tali securitate provisos esse fidedigno extractu libri fundualis remonstraverint; vigore legum civilium domus privatorum tunc sufficientem hypothecam praebere censentur, si capitalia iis inscripta dimidium realis valoris non excedant; agri vero, prata, generatim fundi immobiles tunc, si nondum ultra duas tertias realis valoris partes, onerati sint.

§. 20. Obligatoriales a debitoribus extradandae debent esse iuxta praescriptiones legis civilis concinnatae; scribuntur nimirum in charta signata, quae iuxta legis tymbri Tabellam II. summae elocatae conformata sit — si in securitatem Capitalis, specialis hypotheca inscribitur, et obligatoriales Libro Funduali inferuntur, possunt titulo annui census nisi 5% stipulari — dein ut obligatoriales litterae plenam vim probandi habeant, debent per debitorem aut propria manu scribi, aut per debitorem et duos testes propria manu subscribi. Praeter haec accurate designetur Ecclesia, cuius proprietatem Capitale mutuo datum constituit, et specialiter illa cautela inseratur: quod Capitale in censum locatum, si census post terminum solutionis intra medium annum dependens non fuerit, pro edicto considerandum, eiusque repersolutio via iuris exigenda sit. Indispensabiliter denique requiritur, ut omnes obligatoriales, prout et contractus arendales mox legali intabulatione, et quidem ad expensas ipsius debitoris aut arendatoris provideantur.

§. 21. Dum e re esse videtur, pecuniis Ecclesiae publicas status obligatoriales procurare, aut tales Cassis parsimonialibus elocare, praevisae cautelae emanent, unice debent tam obligatoriales publicae, quam libelli parsimoniales respectivae Ecclesiae inscribi.

§. 22. Dum alicuius Ecclesiae iura possessionaria processu mediante vindicari debent et defendi, concernens Administratio, relate ad Ecclesias Patrono provisas, ad hunc se de tempore convertet, et ut adductum in controversiam Ecclesiae ius medio sui Fiscalis defendendum disponere velit, eum interpellabit — cum ceteroquin Patronorum, qui ad casum insufficientiae fisci indigentis Ecclesiarum suo patronatui obnoxiarum subvenire tenentur, plurimum interesse debeat, ne substantia per idmodi patronatas Ecclesias possessa pessum eat. Ecclesiarum autem Patrono destitutarum causas forenses coram iure sicut adusque ita et imposterum agendas habebunt sic dicti Fisci Dioecesani — ad expensas processuales in utroque casu, respectivis Ecclesiis, in quantum id vires earum admittent, erga assignationem Ordinariatus concursuris.





§. 23. Ecclesiarum, quae patronatui fundorum publicorum: Religionis et Studiorum subsunt forenses causas C. R. financiales Procuratores acturi sunt. Ad effectum hunc Ordinarius via concernentis politici Dicasterii congruos passus faciet.

§. 24. Absque altiori consensu de substantia peculii ecclesiastici nec abalienare quidpiam licet, nec illam onere gravare. Casus, in quibus pro similibus abalienationibus aut onerationibus consensus S. Sedis Apostolicae et Suae C. R. Apostolicae Maiestatis necessarius censebitur, per mutuam inter summas has Potestates conventionem adhuc determinandi restant. Eousque fota semper praevis cum Patrono cointelligentia recurrendum est pro idgenus consensu ad Ordinariatum.

### Caput III.

#### *Normae in erigendis et administrandis piis foundationibus tenendae.*

§. 25. Gravissima muneris, peculii sacri Administratoribus incumbentis, pars refertur ad erectionem et administrationem piarum foundationum, per quas immobilia vel mobilia bona, uti: agri, vineae, prata, domus, capitalia, redditus etc., pro perpetuis temporibus curae Ecclesiae creduntur, et ab hac ea cum obligatione acceptantur, quod, quantum saltem humanitus fieri potest, curare velit: ut bona sibi resignata non solum in sua integritate conserventur, sed et eorum redditus ad fines, a piis fundatoribus praestitutos, et ab Ecclesia rati habitos nunquam non conscientiose convertantur.

§. 26. Foundationes in emolumentum Ecclesiarum, et beneficiorum parochialium, pro conservandis item sacris monumentis, Capellis, Crucibus, Statuis etc., demum pro fundandis devotionibus, aut Missis perpetuis factae, natura sua, sed et e diserta sacrorum Canonum dispositione unice ad sphaeram potestatis ecclesiasticae pertinent; cuius etiam est intentionem piorum fundatorum non satis clare expressam, nec alia ratione eruendam, explicare, praeterea decernere, an et quibus sub conditionibus novae foundationes acceptari possint. E dictis suapte sequitur, quod omnis fundatio in praespecificatos piis fines erigenda, Ordinariatui pro coordinatione, acceptatione et rati habitatione substerni, quodve dehinc cessare debeat ille influxus, quem potestas Civilis circa foundationes piis seu erigendas, seu acceptandas ab aliquo tempore exercuit.

§. 27. Administratorum peculii sacri erit in casu erigendae piae foundationis cum concursu pii fundatoris aut eius haeredum litteras fundationales conficere, et in quadruplici exemplo Ordinariatui pro adprobatione substernere; e quibus sua forma rati habitis unum exemplar retinebitur pro usu Archivi Dioecesanii, alterum concernenti Locumtenentiali Sectioni transponetur, residua vero duo remittentur: quorum unum ad cistam Ecclesiae reponetur, alterum autem pio fundatori, aut huius haeredibus resignabitur.

Pro directione in litteris fundationalibus lingua utique vernacula adponendis deservire potest sequens formular:

Infrascripti N. N. Ecclesiae N. Parochus — Administrator, et N. N. eiusdem Ecclesiae Syndicus damus pro memoria: quod N. N. in suo dto: . . . Testamento signanter puncto: . . . sequentem mortis causa piam foundationem fecerit: (hic exscribitur ipsum punctum Testamenti). Postquam concernentes haeredes ad rationem huius piae foundationis nobis legatam taliter summam cum finis . . . resignavissent, nosque summam hanc N. N. penes praescriptas cautelas erga legale 5% interusurium elocavissimus, atque extradatas per modo fatum debitorem Obligatoriales debito modo intabulandas procuravissimus: hanc ipsam piam foundationem Ven. Ordinariatui pro gratiosa adprobatione medio praesentium reverenter substernimus. Sig. . . . (subscribit Parochus et Syndicus).

Suapte intelligitur, quod antequam ad apponendas litteras fundationales, aut elocandas pecunias procederetur, subversantes nefors nonnullae difficultates praevis Ordinariatui remonstrandae veniant; quodve Administratores peculii sacri pro fideli mentis fundatorum implemento responsables sint.

Porro pia legata aut oblata in commodum Ecclesiae facta, quibus secus nullum onus, i. e. obligatio adnexa est, distingvi debent a piis foundationibus, quibus semper aliqua obligatio e. g. celebrandorum Sacrorum, conservandae crucis, persolvendae cuiuspiam devotionis (Litaniarum, Concionis etc.) correspondet; illa simpliciter sumuntur in perceptum pro parte Ecclesiae, et non habent opus Ordinariatus ad-

probatione, e contra piae foundationes hac semper indigent; obligationes enim perpetuae non nisi cum annuo Ordinariatus constabiliri queunt.

§. 28. Frequentissimae fundationes fieri solent pro sacris. Necessum igitur est uniformitatis gratia determinare, qualis scopo hoc summa Capitalis in pecunia aut aequivalenti offerri et assecurari debeat, ut ipsa fundatio ab Ordinariatu acceptetur, qui item et in qua proportione e fructu fundationis ius participandi habeant; quin tamen determinatione hac liberalitati fundatorum limites poni intendantur, sed fit hoc unice ideo, ut sciatur, quali summa minus Capitale in forma perpetuae fundationis acceptari nequeat. Itaque pro sacro lecto defigimus summam 20., pro sacro cantato absque „Libera“ 50; cum „Libera“ 60 florum m. a. — Census Capitalis pro sacro lecto fundati ex toto Celebranti cedit, nisi pius fundator maius 20. flnis Capitale deponendo, supernatantis ab uno fl., qui Celebranti obvenire debet, censualis quottae alios etiam e. g. Ecclesiam, pauperes, etc. participes reddi diserte disponeret. Census autem a Capitalibus sacrorum cantatorum currens, sequenti ratione erit adrepartiendus: Celebrans tollet duas tertias partes; residuae vero unius tertiae partis, duae quintae ludirectori, duae quintae Ecclesiae, demum restans adhuc una quinta aedituo obtinget.

§. 29. Fundationes hucadusque factae, quarum primitiva dos nullam subivit diminutionem porro ita permanent, quemadmodum tenoribus litterarum fundationalium ab Ordinariatu adprobatarum cautum est.

§. 30. E contra vero quoad fundationes, quarum redditus, lapsu temporis in tantum imminuti sunt, ut non suppeditent eleemosynam, missarum oneri admensuratum, potest habere locum numeri earundem missarum reductio, per Ordinarium vigore facultatis Apostolicae effectuada.

Priusquam tamen pro simili reductione recursus formetur, dispiciendum est: an e dispositione fundatoris non obligentur haeredes ad fundationis redintegrationem — vel an non essent proni ad id, etiam citra obligationem? Si enim per redintegrationem primitivae dotis, mens piorum fundatorum praesalvari potest, hoc ipsum fieri debet, sin minus: pro reductione recurrere integrum est. Quo in casu fata reducendae piae fundationis describi, primitiva dos et correspondens obligatio exponi, tum vero modernus fundationis status adumbrari, i. e. diserte praenotari debet: quantum nunc efficiat Capitale fundationale? qualem censum fundat? et num vertens in quaestione fundatio subiverit iam et quando reductionem? aut secus.

In reductione dein sumendum venit pro basi stipendium, quod pro missis manualibus actu offerri consuevit, non autem, quod pro fundatis missis nunc desideratur et currit.

Porro nulla existente spe, ut fundatio aliquando ad suum originalem statum redeat, fit reductio pro perpetuo — secus saltem pro tempore, usquedum nimirum fundatio suo pristino statui reddita fuerit. (cfer. Benedict. XIV. de Synodo Dioeclesana, Cap. ult.)

§. 31. Praevigens dispositio, vi cuius accurata missarum fundatarum non secus et dierum, quibus illae persolvendae sunt consignatio, in Sacristia cuiuslibet conspectui patere debet, ceu talis, quae sacrorum Canonum Sanctionibus apprime respondet, quaeve in animis fidelium erga conscientiosum piarum fundationum implementum fiduciam excitat, porro in suo vigore eo addito perseverabit, quod semper praecedenti die Domini publice annunciari debeant missae fundatae, insequente septimana et in specie quibus diebus persolvendae, quo sic interessati illis intervenire possint.

§. 32. In administrationem peculii piarum fundationum, praeterquam quae in emolumenta Ecclesiae aut beneficii parochialis factae sunt, Patronis Ecclesiarum nullus influxus competit, cum nihil eorum de his fundationibus intersit — et ideo nec onus defensionis illarum Patronis medio suorum fiscalium — ast ipsis Administratoribus peculii sacri medio fiscalium dioeclesanorum procurandae incumbet.

§. 33. In quavis parochia adesse debet liber distinctus, i. e. Inventarium fundationum, in quo quoad quamvis fundationem praenotatum habeatur: nomen, cognomen, character fundatoris, in quonam fundatio consistat, an in aere parato, vel in fundis et realitatibus, puta: domo, agro, prato, vinea, aut mola etc? — summae fundationalis quantitas, elocationis et intabulationis adiuncta, status fundorum et realitatum, onus fundationi adiectum, i. e. finis, ad quem illa facta est, fructus annuus et partitio eius, ubi litterae obligatoriales fundationalesque asserventur, an sit accepta-

tata et adprobata fundatio per Ordinariatum et quando? Libro huic mox ac nova aliqua fundatio fit, inferri ipseque liber occasione revisionis produci et authenticari debet. De caetero dispositiones §§. 13. 15. 18. 19. 20. 24. etiam ad administrationem peculii piarum foundationum pertinent. Curandum in specie, ut in obligatorialibus privatorum non minus quam publicis, prout et libellis parsimonialibus, quantum ad pias fundationes adtinent, harum expressa designatio contineatur.

#### Caput IV.

*Administrationis peculii Ecclesiarum et piarum foundationum Superinspectio et Ratiocinium.*

§. 34. Superinspectionem administrationis peculii singularum Archi-Dioecesis Nostrae Ecclesiarum et piarum foundationum, quippe quae Nobis ceu Ordinario in sensu sacrorum Canonum competit, medio Districtualium VADiaconorum exercebimus; a quorum fide et zelo merito expectamus, quod non solum occasione annuae Districtuum curae suae creditorum Visitationis, occasione item Rationum censurae, sed alias etiam eo elaborare velint, ut certitudinem sibi procurent: num peculia Ecclesiarum, piarumque foundationum sui Districtus rite, secundum praescriptas normas administrantur? sicubi hiatus quospiam vigere observaverint, nihil non agent, ut hi efficaciter tollantur; scopo hoc primum quidem concernentes peculii administratores ipsi commonefacient, non sequuto autem effectu, rem pro medela ad nos perferent.

§. 35. Patrono e fundatis rationibus postulante, ut in eius vel repraesentantis praesentia status aedium aut peculii Ecclesiae, suo Patronatui obnoxiae pervestigetur, non difficultabimus, ut idmodi postulato Patroni satisfiat.

§. 36. Super administratione peculii Ecclesiarum et piarum foundationum exeunte anno militari cum 1. Novembris initium sumentes, documentatae rationes reddi debent.

§. 37. Rationes has et quidem seorsive de statu activo passivoque Ecclesiae et de statu activo passivoque piarum foundationum, quoad has iterum distinctim de foundationibus categoriae Ecclesiasticae videlicet pro missis fundatis, pro crucibus, stautis, devotionibus etc. — et distinctim de foundationibus categoriae secularis uti: Xenodochiorum, Institutorum pauperum, etc. ductu perinde seorsivorum diariorum conficit iuxta formularia hactenus usitata Rector Ecclesiae, — in regula absque remuneratione — ubi tamen titulo hoc quidpiam currebat, curret et in futurum. Idem intelligendum de remuneratione illorum, qui penes aliquas Ecclesias, eo quod maior substantia administranda foret, pro subsidio adhibebantur, aut ex post adhibebuntur.

§. 38. Confectae taliter per respectivos Rationantes super peculii Ecclesiarum et piarum foundationum Rationes subiicientur Revisioni; hanc quivis VADiaconus in suo Districtu velut Ordinarii repraesentans, decursu mensis Novembris, ad summum usque dimidium mensis Decembris peraget, revisasque totius sui Districtus Rationes usque finem mensis Decembris ad semel pro superrevisione Ordinariatus substernet.

§. 39. Procedura per Vice-Archi-Diaconos in revisione Rationum sui Districtus observanda, in sequentibus consistet:

Ante omnia de tempore praefiget VADiaconus pro praesuscipienda in singulativis sui Districtus Ecclesiis Rationum revisione, terminum, quem concernens Curatus Patrono aut huius repraesentanti notificabit. In praefixo termino aderit VADiaconus, et in praesentia respectivorum peculii sacri Administratorum, Patroni item aut huius repraesentantis, se revisioni accinget. Paratas videlicet et sibi praesentatas Rationes palam per extensum legi curabit, neque contentabitur simplici recalculatione percepti ac erogati, sed ipsa provocata documenta in origine revidebit, num legitima sint? Ex iis et combinatione respectivi Diarii ac Inventarii, Rationum item prioris anni cognoscet num omnia prout oportet, in perceptum sumta sint, an secus? Utrum erogationes non excedant activitatem concernentium Administratorum, numve sint documentis suis firmatae, et in quantum indultus Ordinarii requirebatur num talis praesto sit? Post haec pecunias, quae iuxta revisas et pro legitimis adinventas Rationes, supererunt, renumerabit et cistae Ecclesiae reinferri mandabit.

Post censuratas Rationes pervestigabit Inventaria tam Ecclesiae quam piarum foundationum, numve omnia, quae ibi specificantur adsint, inquiret, quoad tenuta quidem ac supellectilem se per Administratores, directa eatenus ad eos speciali quaestione informari curabit, Obligatoriales e contra, Contractus arendales, Litteras fundationales

et pretiosa de frusto ad frustum perlustrabit, una vero in id, num mutationes, quae decursu illius anni quoad peculium tam Ecclesiae quam piarum foundationum seu per incrementum seu vero decrementum, intervenerunt, debite in Inventario praenotatae habeantur, investigabit; sine hoc illam quaestionem Administratoribus proponet: num peculium Ecclesiae per pia legata et oblata adauctum, numve foundationes factae sint? Censuratis Rationibus, et pervestigatis Inventariis, omnibusque in ordine adinventis, aut certe in ordinem redigi procuratis, tam illas, quam haec et ipse subsignabit, et per praesentes, subsignari faciet, atque sic authenticabit.

Porro inquirat revidens VADiaconus num iuribus Ecclesiae, piarum foundationum et parochiae nullum imminet periculum aut involutiones, ut sic cum praesentibus Administratoribus et Patrono aut huius repraesentante quid pro praesalvatione periclitantium nefors iurium et in genere pro bono peculii sacri agendum sit deliberari valeat — et quae occasione idmodi deliberationis seu reflexiones factae, seu decisiones latae fuerint, super his omnibus protocollum apponi curabit, originalique ad cistam Ecclesiae pro futura administratorum directione reposito, copiam a se vidimatam subin nec non ipsas Rationes, et has quidem in dupplici exemplo pro superrevisione Ordinariatus substernet, advolvendo una specialem Curati relationem de eo num decursu anni illius dos Ecclesiae aut beneficii aucta vel imminuta sit? et in quo augmentum aut imminutio consistat?

Denique hac ipsa fidelia etiam statum Ecclesiae, aedificii parochialis, ceterarumque aedilitatum indagabit, et quae e consilio praesentium quoque ad tollendos hiatus constituenda censuerit, efficaciter constituat.

§. 40. Si Patronus, etsi congrue invitatus nec per se nec per Repraesentantem revisioni Rationum intervenire posset, ac copiam censuratarum per VADiaconum Rationum Ecclesiae sibi communicari desideraret, huiuscemodi eius desiderio satisfaciendum erit, qui nihilominus si voluerit, ut faciendarum per eum refors reflexionum occasione praesuscipiendae apud Ordinariatum superrevisionis ratio habeatur, tales in omnis usque finem mensis Decembris eidem Ordinariatus submittendas habebit.

§. 41. Peracta per Ordinariatum superrevisione, et quae nefors occurrerunt dubiis per respectivos Rationantes dilucidatis, rationes pro superatis et Rationantes pro absolutis declarabuntur; quo eveniente

§. 42. Unum exemplar Rationum ad Archivum Dioecesanum reponetur, alterum autem una cum relationibus de incremento vel decremento dotis Ecclesiarum et beneficiorum ad concernentem Sectionem Locumtenentialem pro congruo usu per Ordinariatum promovebitur.

## Titulus II.

De administratione peculii singulorum beneficiorum.

### Caput I.

*De obligationibus quae Beneficiatis circa administrationem peculii ad beneficium pertinentis, incumbunt.*

§. 43. Peculium beneficiorum, de quo hic sermo, e latifundiis, videlicet: agris, pratis, vineis, hortis, aedibus item pro habitatione et oeconomico usu destinatis, porro e Capitalibus et iuribus, horumque omnium fructibus, censibus et redditibus constat, quae beneficio cuiuspiam propria, et iuxta beneficii naturam, pro alendo Beneficiato destinata sunt. Huc in specie litterae obligatoriales status publici de compensatione amissarum urbarialitatum, pertinent, non absimiliter huc pertinebunt similes obligatoriales litterae de compensatione amissae sedemicae extradandae, quae capitalem summam his titulis beneficio ecclesiastico competentem repraesentant. Haec Capitalia cum reliquis omnibus superius recensitis emolumentis constituunt radicalem et inalienabilem beneficii proprietatem seu dotem, circa cuius conservationem, non secus ac ius et modum proventus e proprietate hac beneficio obvenientes percipiendi et expendi leges canonicae aliaque statuta vigorem suum hucdum habentia observari debent.

§. 44. Sicut quaevis Ecclesia, ita quodlibet etiam beneficium habere debet suum Inventarium, in quod omnia tenuta, iura, et reliquae peculii beneficalis par-



tes, dein fundus instructus, si talis adest, denique Capitalia tam apud privatos, quam statum publicum excensuata et exhaerentia cum suis distinctivis notis inferri, simul vero titulus iuris possessionarii cum provocatione ad respectiva documenta, exactissime prae-notari debent. Eidem Inventario mox ac aliquae mutationes circa proprietatem beneficii eveniunt, pari cum exactitudine inserere oportet. Inventarium tale quotannis occasione censurae Rationum coram VADiacono et Patrono, aut huius repraesentante producendum et pari ratione ac de Inventariis Ecclesiarum et piarum foundationum superius dispositum habetur, pervestigandum et authenticandum erit.

§. 45. Bona beneficii tam mobilia, quam immobilia ad exigentiam legum ac dispositionum eatenus vigentium procurat is, qui illud legitime possidet, adeoque Beneficiatus ipse, vel Collegium aut Conventus ecclesiasticarum personarum, cui beneficium incorporatum est. — Possessor beneficii ecclesiastici nunquam non prae oculis habeat, quod illius duntaxat usufructuarius sit, naturali obligatione obstrictus ad praeexistencia non tantum sarta tecta conservanda, sed et tum in suum, tum Successorum maius commodum pro modulo augenda et amplianda. Relate ad usum sylvarum, si tales beneficio cuidam propriae sunt, fideliter observari debent normae, quae eatenus praescriptae habentur, ne ratione proventuum exinde redundantium Successoribus praeiudicium, aut damnum inferatur.

§. 46. Circa abalienationem aut onerationem peculii beneficialis, item circa elocanda, edicendaque capitalia, quae ad dotem beneficii referuntur, observandae erunt dispositiones §§. 13. 15. 18. 19. 20. 24. expressae.

§. 47. Si Beneficiatus aes paratum e renumeratis Capitalibus ad beneficii dotem pertinentibus perceptum, non denuo in censum locare, sed alio quopiam modo e. g. per comparationem alicuius fundi fructificans efficere vellet, id ei facere non nisi cum assensu Patroni, et indultu Ordinarii integrum esse potest.

§. 48. Dum fundi beneficiales in arendam locantur sub nullitate Contractus, solutionem Canonis non nisi pro dimidio anno anticipare, ac ideo etiam stipulare licet — ne Successori damnum exinde emergat.

§. 49. Super acceptatione foundationum, quae in emolumentum beneficii fiunt, decernere penes praehabitam eatenus Patroni quoque declarationem, ad Ordinariatum pertinet.

§. 50. Tam VADiaconus ceu repraesentans Ordinariatus, quam etiam Patronus, cuius utpote perinde interest, ut peculium beneficii omni meliori modo administretur, habent ius Beneficiatum officii sui serio admonendi, si ille seu in aedibus beneficialibus conservandis, seu in peculio administrando negligentem et incurium se exhiberet. — Monitis non proficientibus, denunciatio facienda erit Ordinario, qui si ita Patronus posceret, in huius vel repraesentantis praesentia statum aedium et peculii beneficialis pervestigandum curabit, medelamque feret.

§. 51. Ingruente necessitate defensionis iurium possessionariorum, quae beneficiis propriae sunt, adcommodabit se Beneficiatus normis, quae pro defensione iurium, Ecclesias respicientium §§. 22. et 23. praescriptae existunt.

### Caput III.

#### *De administratione vacantium beneficiorum.*

§. 52. Beneficio parochiali in vacantiam canonicam recidente, Ordinarius interimalem Administratorem constituit, curam Ecclesiae et beneficii vacantis tam in spiritualibus, quam temporalibus eidem committendo. Administratoris igitur, sic ut praefertur ad interim constituti, eadem est ad peculium Ecclesiae, beneficii et piarum foundationum relatio, quae ipsius ordinarii Ecclesiae Rectoris.

§. 53. VADiaconus Districtualis curabit, ut cum concursu Patroni et peculii sacri Administratorum omnia tam in Ecclesia, quam beneficii Inventario comprehensa a posthuma defuncti substantia aut a privata Beneficiati in vivis quidem existentis, ast a beneficio recedentis proprietate debite secernantur, in tuto collocentur, et quae nefors deessent redintegrentur, tum vero constituto interimali Administratori resignentur per hunc usque novi ad Beneficium vacans canonicè instituendi ordinarii Beneficiati adventum conservanda.

§. 54. Ut primum novus Beneficiatus canonicam investitionem ab Ordinario

acceperit, eidem VADiaconus in praesentia interimalis Administratoris Ecclesiae, Syndici nec non Patroni, aut huius repraesentantis cuncta ad proprietatem Ecclesiae, piarum foundationum et beneficii proprietatem pertinentia resignabit, illumque ad beneficium parochiale iuxta vigentem in hac Archi-Dioecesi morem introducet et installabit. Pro fundamento huius Resignationis deserviet praeexistens Inventarium beneficii, Ecclesiae, et piarum foundationum — qua occasione accurata quoque descriptio status in quo omnia tam mobilia, quam immobilia Ecclesiae et beneficii bona, non secus omnes aeditalitates inveniuntur fieri debet, seu nova Inventaria in conformitate §. 11. conficienda erunt. Finaliter super toto hoc installationis actu adparabitur protocollum in duobus exemplis, per installatum et reliquos subscribendum. Unum exemplum protocollum Ordinariatui substernetur, aliud vero in cistam Ecclesiae reponetur.

Pro coronide propriam facimus cohortationem, quam Synodus Dioecesana Constantiensis de anno 1609. cunctis Beneficiatis impendit, his verbis: „Cum Ecclesiarum bona non humani, sed divini iuris sint, et ideo in nullius nisi Dei Optimi Maximi bonis consistant, utpote Eius divinae Maiestati a fidelibus oblata, ac secretorum coelestium usibus dedicata: beneficiorum ecclesiasticorum quorumcumque legitimi possessores, quibus Ecclesia vice ac nomine Christi potestatem patrimonium suum dispensandi et administrandi commisit, non tantum fideles et prudentes dispensatores esse, sed etiam ea diligenter tueri et conservare atque quocumque modo illicito distracta et abalienata recuperare et vindicare debent. Quod ut fiat, Nos omnibus et singulis Beneficiariis iniungimus.“

Datum Strigonii in Residentia Nostra Archi-Eppali die 8-a Aprilis 1859.,  
Episcopatus Nostri anno trigesimo tertio, Archi-Episcopatus vero decimo.

*Joann. Carl. A. Epp.*



Pro notitiae statu.

- 1. Capitalia tabella sub p. specificata integra expositis titulis fructificans, ut in competencie rubrica exponitur; nam dupla Curatelae Centena, ubi illa dispartita soluta non fuit, jam hinc subiecta habetur. Hinc est, quod ubi fundatio v.g. 1000 florum efficit, hic solum 980 flori notentur, 20 nempe flori Curatelae fructificantibus.
- 2. Qui Parochi titulo subpiti<sup>vel</sup> ~~ant~~ Complementi Congruae suae, tenore aut Visitationis Canonicae, aut resolutionis Ordinarii e Capit. fundationibus, quidpiam participabant, idem ex iisdem Capit. porro percipient.
- 3. Si qua fundatio sub Administratione M. Capituli Constituta hic nota non occurreret, id respectivi beneficiarii sine mora Offi. dioec. cesans infinuent, ut necessarias respectu illius hinc informationes tempestivo accipere possint.
- 4. Vigore altiorum ordinum in c. r. solutorius officio Contributio occupatione liquidationis Censuum, a Capitalibus, quae Statui Publico locata habentur, observari debentium <sup>const. capit.</sup> defumitur; et sic ~~ita~~ in tabellis hic 5% aut 4% Censui non in Mon. Conv. sed in Val. Ansvr. Calculatur.
- 5. Omnis mutatio, quae cum Capitalibus eveniet, v.g. si Camerali aliqua obligatio protrahenda fuerit, respectivo beneficiario, ut Quietantias suas recte syllisare possint, tempestivo infinuabitur.

# JOANNES

S. R. E. TIT. S. CRUCIS IN HIERUSALEM PRESBYTER CARDINALIS

SCITOVSZKY,

DEI ET APOSTOLICAE SEDIS GRATIA METROPOLITANAE ECCLESIAE STRIGONIENSIS ARCHIEPISCOPUS, SANCTAE SEDIS APOSTOLICAE LEGATUS NATUS, ORDINUM RELIGIOSORUM PER ECCLESIASTICAS PROVINCIAS STRIGONIENSEM, COLOCENSEM, AGRIENSEM ET ZAGRABIENSEM VISITATOR ET DELEGATUS APOSTOLICUS, INCLYTI REGNI HUNGARIAE PRINCEPS PRIMAS, SUMMUS ET SECRETARIUS CANCELLARIUS, INSIGNIS ORDINIS S. STEPHANI REGIS APOSTOLICI PRAELATUS ET MAGNAE CRUCIS EQUES, S. C. ET R. APOSTOLICAE MAJESTATIS ACTUALIS INTIMUS CONSILIARIUS, AA. LL. ET PHIL. NEC NON SS. THEOL. DOCTOR, ETC. ETC.

Venerabili Clero Archi-Dioecesis Nostrae Salutem in  
Domino et paternam Benedictionem!

Inter effectus salutare Conventionis Sanctam inter Sedem Apostolicam et Augustis-  
simum Imperatorem ac Regem Nostrum Apostolicum prospere initae haud postremo  
certe loco reputari debet, quod dum Article XXIX. Ecclesiae ius novas iusto quovis  
titulo libere acquirendi possessiones reassertum, eiusque proprietatem in omnibus quae  
nunc possidet, vel imposterum acquirat pro inviolabili solemniter declarata foret, Article  
mox sequenti, i. e. XXX. administratio bonorum ecclesiasticorum apud eos futu-  
ra enunciatur, ad quos illa secundum Canones spectat.

Apud nos equidem in Hungaria, hoc ipsum — si aliquot Civitates Regias de-  
mamus — et hactenus usuveniebat; in quantum peculii cuiusvis Ecclesiae ordinarius  
administrator respectivus Curatus fuit, Episcopi autem superinspectionem exercebant, ast in  
ceteris Monarchiae Austriacae provinciis peculiorum sacrorum directio et administratio  
vix non ex toto civilis viguit.

Augustissimi Principis nostri erga Ecclesiam pietas et conscientiae teneritudo,  
haec quoque in parte nativum Ecclesiae ius restabilivit, nec nisi quae Eum, ceu sum-  
mum Ecclesiae Protectorem et Patronum suapte natura concernunt, sibi pro futuro  
reservavit.

Necessarium taliter evasit, ut determinentur Normae, secundum quas supra-  
provocatus XXX. Concordati Articulus ita in vitam deducatur, ut illorum etiam in-  
fluxus, quibus talis e rei natura, sensuque SS. Canonum competit salvus remaneat.

Praestitit id Conferentia totius Monarchiae Epporum Viennae, Anno 1856.  
asservata, quatenus opportuna hanc in rem Decisa ferre non intermisit; quae Decisa  
postquam vigore altissimae Resolutionis d. 3. Octobris anni 1858. emanatae ratiha-  
bita essent, iuvat nunc fundamento istorum, habito simul ad usum et praxim apud nos  
adusque vigentem respectu, sequentes Normas in administratione peculiorum ecclesi-  
asticorum, puta: peculii Ecclesiarum, peculii piarum foundationum, et ipsorum parochi-  
alium Beneficiorum, dehinc ad amussim et universaliter, proin nec Civitatibus Regiis  
exceptis, observandas pro hac Nostra Archi-Dioecesi praescribere.

## Titulus I.

De administratione peculii sacri Ecclesiarum et piarum foundationum.

### Caput I.

*De iis, per quos et quorum cum influxu administratio haec procuratur.*

§. 1. Peculii sacri cuiusvis singularis Ecclesiae naturalis administrator est concernens  
Ecclesiae Rector; cui unus, ad summum duo viri e gremio parochianae Communitatis  
eligendi, et porro quoque nomine Syndicorum insigniendi, sociam operam navant, et

Nr. 1637.

Normae admini-  
strationis peculii  
sacri.



in administratione partem capiunt. Ubi amplius est, et administratu difficilius peculium sacrum e. g. in Civitatibus, possunt alia adhuc individua in subsidium administrationis assumi.

§. 2. Quali influxu in administratione peculiorum ecclesiasticorum gaudeant Patroni, decursu huius Instructionis recensebitur. In genere Patronis ecclesiarum integrum est, sive per se, sive per suos Repraesentantes, qui tamen semper viri catholici et intemeratae vitae sint oportet — ad fini congruenter administrandam proprietatem Ecclesiae suo patronatui obnoxiae, consilio cooperari — si aliquis Patronus comprobando est, quod sibi vigore fundationum plus iuris competat, liberum ei manet, hoc suum ius evincere et in salvo collocare. Per Suam Maiestatem Sacratissimam non solum in Ecclesiis Augustae C. R. Familiae, sed et in illis fundorum publicorum: Religionis et studiorum, quos videlicet fundos C. R. Regimen nomine Ecclesiae administrat, iura patronalia sicut hactenus, ita et imposterum exercebuntur.

§. 3. Quis et qua mensura indigentibus Ecclesiae in casu insufficientiae respectivi fisci subvenire teneatur, iuxta praevigentes Normas diiudicandum venit, quae porro suum vigorem retinent, ita disponente antefata altissima Resolutione. Placuit nihilominus Suae C. R. Maiestati, novam huius obiecti coordinationem Sibi clementer reservare, subin ita effectuantur, ut condigna SS. Canonum, vigentis item in diversis Imperii Provinciis usus, nec non sublatis inter Domina terrestria et subditos nexus ratio habeatur.

§. 4. Syndici, qui a sic dictis aedituis vel sacristanis, proprie servis Ecclesiae, bene distingvendi sunt, debent esse viri morum exemplarium, fidei integrae, et quantum possibile est, bene possessionati; praeterea sufficiente pro hoc munere dexteritate et peritia pollentes, et ubi bini sunt, propingvior cognatione ad invicem haud iuncti. Idem a Curato, habita ad iusta parochianae Communitatis et Patroni desideria reflexione, via Officii VADiaconalis Ordinariatui proponuntur, per hunc pro triennio nominandi. Evoluta hoc tempore ii ipsi rursus proponi et constitui poterunt; quodsi vero aliquis eorum officio suo haud debite responderet, poterit ab hoc etiam ante elapsum triennium removeri.

§. 5. Introductio Syndicorum ad suum officium, fit per Districtualem VADiaconum; qua occasione penes gravem cohortationem ad fideliter exequendum munus suum, idem VADiaconus iuramentum ab eis excipiet super eo: quod peculium sacrum iuxta suam optimam scientiam et conscientiam, praescriptasque normas manipulare, conservare, et contra quamvis iniquam laesionem pro virili tueri velint. Munus ocepturis Rationes ultimi anni et Inventarium rerum ad dotem et proprietatem Ecclesiarum pertinentium communicabuntur, ut de peculio sacro, huiusque constitutivis partibus debitam notitiam acquirant.

§. 6. Syndici munus suum de regula gratis, pro honore, obibunt; ubi nihilominus quibusdam emolumentis adusque perfruebantur, in horum usu porro etiam permanere poterunt. Quia vero Patres quodammodo sunt parochianae Communitatis, qui Rectori Ecclesiae, in huius nec non piarum fundationum emolumentis promovendis, ex amore Dei et proximi cooperantur, digni profecto sunt, ut eos reliqui fideles peculiari honore et gratitudine prosequantur, illisque ubi id fieri potest, in Domo Dei, in processionibus et solennitatibus ecclesiasticis honorificentior prae ceteris locus obveniat.

§. 7. Habent illi ius, imo obligationem, sollicite, quemadmodum probos Patres familias decet, curandi: ut peculium Ecclesiae et piarum fundationum iuxta praescriptas normas administraretur; quin tamen se possint ad iura, quae Rectori Ecclesiae, sive quoad cultum divinum, sive quoad curam animarum competunt, ingerere, aut illa quodcumque modo laedere. Officio suo decedentes super iis, quorum curam specialem commissam sibi habebant, rationes reddere, damnumque nefors culpa sua causatum, resarcire tenebuntur.

§. 8. Rector Ecclesiae ceu Praeses administrationis cum Syndicis, de regula ultima Dominica cuiuslibet mensis, post absolutum cultum divinum pomeridianum consultationem asservabit. — Ubi Ecclesia de exigua solum proprietate disponit, sufficet omni bimestri idmodi consultationem asservare; nisi forte negotii alicuius gravitas exposceret, ut citius etiam et extraserialiter asservetur. Super Consultatione duci debet Protocolium; pro quo munere Capellanus, ubi adest, opportune adhibebitur. Obiectum consultationum constituent in genere negotia peculium sacrum, eiusque administrationem attinentia; in specie vero elocatio, aut edictio Capitalium non aliter, nisi occasione si-

milis consultationis decerni potest. Quodlibet administrationis membrum libere mentem suam de obiecto consultationis aperire, et pro commodo peculii sacri consilia sua promere poterit; quae si non acceptarentur, patebit recursus ad VADiaconum, ab hoc autem ad Ordinarium. Patronus, si ipsemet aut repraesentans eius intra ambitum Dioeceseos habitet, de termino celebrandarum consultationum, periodicarum quidem semel pro semper, extraserialium autem de casu in casum praevis informandus, ut pro beneplacito suo iis intervenire possit.

§. 9. Membra administrationis pro stricta observantia omnium normarum ac dispositionum, quae se ad hanc ipsam administrationem, et debitam peculio sacro procurandam securitatem referunt, ac idcirco etiam pro quovis damno, quod e culpabili earundem normarum et dispositionum neglectu provenerit, responsionis oneri subiacent.

## Caput II.

### *Normae in administrando Ecclesiae peculio observandae.*

§. 10. Peculium Ecclesiae, praeter paramenta, pretiosa, utensilia pro cultu divino necessaria, et omnis generis supellectilem seu praeter sic dicta mobilia, insuper constituunt aedificia, fundi immobiles, capitalia et iura, quorum proventus, census et reditus ad perstringendas cultus divini indigentias et in quantum salvis his, fieri potest, etiam ad conservandas aedilitates ecclesiasticas sunt destinati.

§. 11. Super cuiusvis Ecclesiae (matris et filiae) peculio, i. e. universis bonis tam mobilibus quam immobilibus debet confici Inventarium, et in hoc omnis, quae successive per incrementum aut decrementum evenit mutatio solerter ac conscientiose praenotari. Signanter quoad fundos immobiles in omnes exponi debet: illorum extensio, et capacitas, prout hae funduali libro illatae existunt — numerus parcellaris, dein vicini parte ex utraque, quemve fundos hos cultivandi maneat obligatio? quoad capitalia: summa capitalis, species pecuniae, census procentualis, datum obligatoriale, et quod hae, specialiter autem ad qualem debitoris substantiam sint intabulatae? quoad pretiosa: species metalli e quo constructa sunt, et si nefors lapidibus pretiosis aut unionibus sunt distincta, horum adcurata cognominatio, et numerus, — quoad praestationes, quae in natura fiunt: harum species et quantitas, — denique quoad aedificia: istorum status et conditio; verbo nihil licebit omittere, quod praenotare e re esse censetur. Inventarium tale quotiescunque novus Curatus ad Ecclesiam regendam accedit, et praeterea omni decennio de novo conficiendum erit in duplici exemplo, e quibus unum deponetur ad cistam Ecclesiae, alterum inferetur ad Archivum Dioecesanum. Porro Inventarium isthoc quotannis occasione Censurae Rationum producet, num omnia adsint? quidve decursu illius anni seu ad substantiam Ecclesiae accesserit, seu ab ea decesserit, investigabitur et authenticabitur.

§. 12. Quaevis Ecclesia cuius peculium seorsim administratur, provisa esse debet speciali cista, e ferro, aut adminus duro ferreisque laminis bene firmato ligno parata, dupplicique clavi, quarum una citra adminiculum alterius reserare nequeat, instructa, atque ad id destinata, ut in ea Instrumenta litteraria, corpus Rationum ultimo anno reddituarum, cum respectivis documentis, litterae fundationales et obligatoriales, Inventarium demum et pecuniae conserventur. Cista haec de regula asservabitur in aedibus parochialibus — clavim unam habebit Curatus, alteram Syndicus, nec erit licitum claves ipsas sibi invicem submittere, sed quidquid in cistam inferetur, aut ex ea effertur, in praesentia utriusque fieri, seu quod idem est, Contraseratura stricte debebit observari.

§. 13. Membra Administrationis eo suas curas dirigendas habent, ut reditus Ecclesiae non solum in eum, in quem destinati sunt finem, cultus videlicet divini solennem asservationem, sacramentorum administrationem et in functionum sacrarum persolutionem impendantur, sed etiam prudenti oeconomia in tantum augeantur, ut fiscus Ecclesiae emergentibus quibusdam maioribus necessitatibus e. g. reparationis aut structurae aedium ecclesiasticarum ad requisitos hoc fine sumtus aliqua saltem parte, citra tamen detrimentum ipsius cultus divini possit concurrere, quo sic allevietur onus eorum, qui ad ferendos similes sumtus obligati sunt. Quapropter agri, prata, vineae, generatim fundi immobiles debite cultiventur, reditus omnes tam hinc, quam aliunde provenientes diligenter incassentur, restantiae seu interusuriales seu aliae quaecumque vel ideo etiam non tolerentur, ne secus neglecta praetensio post triennium in sensu legis

civilis exspiret, et incassabilis evadat — erogationes non necessariae vitentur, quae autem fieri debent, omni cum circumspectione fiant.

§. 14. Pecuniae quae e sic dicta nolula, i. e. marsupio intrant, mox post cultum divinum coram Parocho numerentur, diario inscribantur, et securo interim loco reponantur, prima occasione cistae Ecclesiae in concursu Syndici inferendae. Pariformiter aliae quoque perceptiones indilate ad diarium inscribi debent.

§. 15. De singulis perceptionibus et erogationibus — quae posteriores semper nonnisi erga quietantias fieri possunt, ordinatum Protocollum i. e. Diarium duci debet, et quidem distinctum sit diarium Ecclesiae, et piarum foundationum, — ita autem oportet illud comparatum esse, ut omni die concludi possit.

§. 16. Administratores peculii Ecclesiae praeter ordinarias, quae quotannis recurunt erogationes, in extraseriales necessitates absque praevie impetrando Ordinariatus indultu expendere possunt summam, quae de casu in casum 20 fl. v. a. non excedat — nisi forte patronus aut eius repraesentans, consultationi, in qua de huiusmodi erogatione deliberatum fuerat, interveniens, rem Ordinariatus pro decisione proponendam postulet.

§. 17. Expensas extraordinarias, seu ut dici amat, non systematisatas, quae summam 20 fl. v. a. praecedente §-o defixam excedunt, e redditibus peculii Ecclesiae resolvere solius Ordinarii est; ad quem administratio suum supplicem una cum expe-tita praevie Patroni, in quantum consultationi non intervenisset — declaratione promovendum habebit. Obtentus indultus occasione revisionis Rationum exhibendus est in origine.

§. 18. Hoc idem observandum venit dum de elocandis vel edicendis Capitalibus aut ineundis — utique non aliter quam via publicae licitationis — arendalibus Contractibus agitur; in casu priore indultus, in posteriore adprobatio ab Ordinariatu peti debet.

§. 19. Administrationi nefas est Capitalia — sub onere refusionis — aliis in censum locare, nisi qui vel ad notorietatem sufficiente hypotheca provisi sunt, et secus de minori tantum summa elocanda sermo est, vel se tali securitate provisos esse fidedigno extractu libri fundualis remonstraverint; vigore legum civilium domus privatorum tunc sufficientem hypothecam praebere censentur, si capitalia iis inscripta dimidium realis valoris non excedant; agri vero, prata, generatim fundi immobiles tunc, si nondum, ultra duas tertias realis valoris partes, onerati sint.

§. 20. Obligatoriales a debitoribus extradandae debent esse iuxta praescriptiones legis civilis concinnatae; scribuntur nimirum in charta signata, quae iuxta legis tymbri Tabellam II. summae elocatae conformata sit — si in securitatem Capitalis, specialis hypotheca inscribitur, et obligatoriales Libro Funduali inferuntur, possunt titulo annui census nisi 5% stipulari — dein ut obligatoriales litterae plenam vim probandi habeant, debent per debitorem aut propria manu scribi, aut per debitorem et duos testes propria manu subscribi. Praeter haec accurate designetur Ecclesia, cuius proprietatem Capitale mutuo datum constituit, et specialiter illa cautela inseratur: quod Capitale in censum locatum, si census post terminum solutionis intra medium annum depensus non fuerit, pro edicto considerandum, eiusque repersolutio via iuris exigenda sit. Indispensabiliter denique requiritur, ut omnes obligatoriales, prout et contractus arendales mox legali intabulatione, et quidem ad expensas ipsius debitoris aut arendatoris, provideantur.

§. 21. Dum e re esse videtur, pecuniis Ecclesiae publicas status obligatoriales procurare, aut tales Cassis parsimonialibus elocare, praeviae cautela emanent, unice debent tam obligatoriales publicae, quam libelli parsimoniales respectivae Ecclesiae inscribi.

§. 22. Dum alicuius Ecclesiae iura possessionaria processu mediante vindicari debent et defendi, concernens Administratio, relate ad Ecclesias Patrono provisas, ad hunc se de tempore convertet, et ut adductum in controversiam Ecclesiae ius medio sui Fiscalis defendendum disponere velit, eum interpellabit — cum ceteroquin Patronorum, qui ad casum insufficientiae fisci indigentibus Ecclesiarum suo patronatu obnoxiarum subvenire tenentur, plurimum interesse debeat, ne substantia per idmodi patronatas Ecclesias possessa pessum eat. Ecclesiarum autem Patrono destitutarum causas forenses coram iure sicut adusque ita et imposterum agendas habebunt sic dicti Fisci Dioecesiani — ad expensas processuales in utroque casu, respectivis Ecclesiis, in quantum id vires earum admittent, erga assignationem Ordinariatus concursuris.

§. 23. Ecclesiarum, quae patronatu fundorum publicorum: Religionis et Studiorum subsunt forenses causas C. R. financieras Procuratores acturi sunt. Ad effectum hunc Ordinarius via concernentis politici Dicasterii congruos passus faciet.

§. 24. Absque altiori consensu de substantia peculii ecclesiastici nec abalienare quidpiam licet, nec illam onere gravare. Casus, in quibus pro similibus abalienationibus aut onerationibus consensus S. Sedis Apostolicae et Suae C. R. Apostolicae Maiestatis necessarius censebitur, per mutuum inter summam has Potestates conventionem adhuc determinandi restant. Eousque nota semper praevie cum Patrono cointelligentia recurrendum est pro idgenus consensu ad Ordinariatum.

### Caput III.

#### *Normae in erigendis et administrandis piis foundationibus tenendae.*

§. 25. Gravissima muneris, peculii sacri Administratoribus incumbens, pars refertur ad erectionem et administrationem piarum foundationum, per quas immobilia vel mobilia bona, uti: agri, vineae, prata, domus, capitalia, redditus etc., pro perpetuis temporibus curae Ecclesiae creduntur, et ab hac ea cum obligatione acceptantur, quod, quantum saltem humanitus fieri potest, curare velit: ut bona sibi resignata non solum in sua integritate conserventur, sed et eorum redditus ad fines, a piis fundatoribus praestitutos, et ab Ecclesia ratihabitos nunquam non conscientiose convertantur.

§. 26. Foundationes in emolumentum Ecclesiarum, et beneficiorum parochialium, pro conservandis item sacris monumentis, Capellis, Crucibus, Statuis etc., demum pro fundandis devotionibus, aut Missis perpetuis factae, natura sua, sed et e diserta sacrorum Canonum dispositione unice ad sphaeram potestatis ecclesiasticae pertinent; cuius etiam est intentionem piorum fundatorum non satis clare expressam, nec alia ratione eruendam, explicare, praeterea discernere, an et quibus sub conditionibus novae foundationes acceptari possint. Edictis suapte sequitur, quod omnis fundatio in praespecificatos piis fines erigenda, Ordinariatus pro coordinatione, acceptatione et ratihabitione substerni, quodve dehinc cessare debeat ille influxus, quem potestas Civilis circa foundationes piis seu erigendas, seu acceptandas ab aliquo tempore exercuit.

§. 27. Administratorum peculii sacri erit in casu erigendae piae foundationis cum concursu pii fundatoris aut eius haeredum litteras fundationales conficere, et in quadruplici exemplo Ordinariatus pro adprobatione substernere; e quibus sua forma ratihabitis unum exemplar retinebitur pro usu Archivi Dioecesiani, alterum concernenti Locumtenentia Sectioni transponetur, residua vero duo remittentur: quorum unum ad cistam Ecclesiae reponetur, alterum autem pio fundatori, aut huius haeredibus resignabitur.

Pro directione in litteris fundationalibus lingua utique vernacula adponendis deservire potest sequens formular:

Infrascripti N. N. Ecclesiae N. Parochus — Administrator, et N. N. eiusdem Ecclesiae Syndicus damus pro memoria: quod N. N. in suo dto: . . . Testamento signanter puncto: . . . sequentem mortis causa piam foundationem fecerit: (hic exscribitur ipsum punctum Testamenti). Postquam concernentes haeredes ad rationem huius piae foundationis nobis legatam taliter summam cum finis . . . resignavissent, nosque summam hanc N. N. penes praescriptas cautelas erga legale 5% interusurium elocavissimus, atque extradatas per modo fatum debitorem Obligatoriales debito modo intabulandas procuravissimus: hanc ipsam piam foundationem Ven. Ordinariatus pro gratiosa adprobatione medio praesentium reverenter substernimus. Sig. . . . (subscribit Parochus et Syndicus).

Suapte intelligitur, quod antequam ad apponendas litteras fundationales, aut elocandas pecunias procederetur, subversantes nefors nonnullae difficultates praevie Ordinariatus remonstrandae veniant; quodve Administratores peculii sacri pro fideli mentis fundatorum implemento responsables sint.

Porro pia legata aut oblata in commodum Ecclesiae facta, quibus secus nullum onus, i. e. obligatio adnexa est, distingvi debent a piis foundationibus, quibus semper aliqua obligatio e. g. celebrandorum Sacrorum, conservandae crucis, persolvendae cuiuspiam devotionis (Litaniarum, Concionis etc.) correspondet; illa simpliciter sumuntur in perceptum pro parte Ecclesiae, et non habent opus Ordinariatus ad-

probatione, e contra piae foundationes hac semper indigent; obligationes enim perpetuae non nisi cum annuū Ordinariatus constabiliri queunt.

§. 28. Frequentissimae fundationes fieri solent pro sacris. Necessum igitur est uniformitatis gratia determinare, qualis scopo hoc summa Capitalis in pecunia aut aequivalenti offerri et assecurari debeat, ut ipsa fundatio ab Ordinariatu acceptetur, qui item et in qua proportione e fructu fundationis ius participandi habeant; quin tamen determinatione hac liberalitati fundatorum limites poni intenduntur, sed fit hoc unice ideo, ut sciatur, quali summa minus Capitale in forma perpetuae fundationis acceptari nequeat. Itaque pro sacro lecto defigimus summam 20., pro sacro cantato absque „Libera“ 50; cum „Libera“ 60 firnorum m. a. — Census Capitalis pro sacro lecto fundati ex toto Celebranti cedet, nisi pius fundator maius 20. finis Capitale deponendo, supernatantis ab uno fl., qui Celebranti obvenire debet, censualis quottae alios etiam e. g. Ecclesiam, pauperes, etc. participes reddi diserte disponeret. Census autem a Capitalibus sacrorum cantatorum currens, sequenti ratione erit adrepartiendus: Celebrans tollet duas tertias partes; residuae vero unius tertiae partis, duae quintae ludirectori, duae quintae Ecclesiae, demum restans adhuc una quinta aedituo obtinget.

§. 29. Foundationes hucadusque factae, quarum primitiva dos nullam subivit diminutionem porro ita permanent, quemadmodum tenoribus litterarum fundationalium ab Ordinariatu adprobatarum cautum est.

§. 30. E contra vero quoad fundationes, quarum redditus, lapsu temporis in tantum imminuti sunt, ut non suppeditent eleemosynam, missarum oneri admensuratum, potest habere locum numeri earundem missarum reductio, per Ordinarium vigore facultatis Apostolicae effectuada.

Priusquam tamen pro simili reductione recursus formetur, dispiciendum est: an e dispositione fundatoris non obligentur haeredes ad fundationis redintegrationem — vel an non essent proni ad id, etiam citra obligationem? Si enim per redintegrationem primitivae dotis, mens piorum fundatorum praesalvari potest, hoc ipsum fieri debet, sin minus: pro reductione recurrere integrum est. Quo in casu fata reducendae piae fundationis describi, primitiva dos et correspondens obligatio exponi, tum vero modernus fundationis status adumbrari, i. e. diserte praenotari debet: quantum nunc efficiat Capitale fundationale? qualem censum fundat? et num vertens in quaestione fundatio subiverit iam et quando reductionem? aut secus.

In reductione dein sumendum venit pro basi stipendium, quod pro missis manualibus actu offerri consuevit, non autem, quod pro fundatis missis nunc desideratur et currit.

Porro nulla existente spe, ut fundatio aliquando ad suum originalem statum redeat, fit reductio pro perpetuo — secus saltem pro tempore, usquedum nimirum fundatio suo pristino statui reddita fuerit. (cfer. Benedict. XIV. de Synodo Dioeclesana, Cap. ult.)

§. 31. Praevigens dispositio, vi cuius accurata missarum fundatarum non secus et dierum, quibus illae persolvendae sunt consignatio, in Sacristia cuiuslibet conspectui patere debet, ceu talis, quae sacrorum Canonum Sanctionibus apprime respondet, quaeve in animis fidelium erga conscientiosum piarum fundationum implementum fiduciam excitat, porro in suo vigore eo addito perseverabit, quod semper praecedenti die Domini publice annunciari debeant missae fundatae, insequente septimana et in specie quibus diebus persolvendae, quo sic interessati illis intervenire possint.

§. 32. In administrationem peculii piarum fundationum, praeterquam quae in emolumenta Ecclesiae aut beneficii parochialis factae sunt, Patronis Ecclesiarum nullus influxus competit, cum nihil eorum de his fundationibus intersit — et ideo nec onus defensionis illarum Patronis medio suorum fiscalium — ast ipsis Administratoribus peculii sacri medio fiscalium dioeclesanorum procurandae incumbet.

§. 33. In quavis parochia adesse debet liber distinctus, i. e. Inventarium fundationum, in quo quoad quamvis fundationem praenotatum habeatur: nomen, cognomen, character fundatoris, in quonam fundatio consistat, an in aere parato, vel in fundis et realitatibus, puta: domo, agro, prato, vinea, aut mola etc? — summae fundationalis quantitas, elocationis et intabulationis adiuncta, status fundorum et realitatum, onus fundationi adiectum, i. e. finis, ad quem illa facta est, fructus annuus et partitio eius, ubi litterae obligatoriales fundationalesque asserventur, an sit accepta-

tata et adprobata fundatio per Ordinariatum et quando? Libro huic mox ac nova aliqua fundatio fit, inferri ipseque liber occasione revisionis produci et authenticari debet. De caetero dispositiones §§. 13. 15. 18. 19. 20. 24. etiam ad administrationem peculii piarum fundationum pertinent. Curandum in specie, ut in obligatorialibus privatorum non minus quam publicis, prout et libellis parsimonialibus, quantum ad pias fundationes adtinent, harum expressa designatio contineatur.

#### Caput IV.

*Administrationis peculii Ecclesiarum et piarum fundationum Superinspectio et Ratiocinium.*

§. 34. Superinspectionem administrationis peculii singularum Archi-Dioecesis Nostrae Ecclesiarum et piarum fundationum, quippe quae Nobis ceu Ordinario in sensu sacrorum Canonum competit, medio Districtualium VADiaconorum exercebimus; a quorum fide et zelo merito expectamus, quod non solum occasione annuae Districtuum curae suae creditorum Visitationis, occasione item Rationum censurae, sed alias etiam eo elaborare velint, ut certitudinem sibi procurent: num peculia Ecclesiarum, piarumque fundationum sui Districtus rite, secundum praescriptas normas administrentur? sicubi hiatus quospiam vigere observaverint, nihil non agent, ut hi efficaciter tollantur; scopo hoc primum quidem concernentes peculii administratores ipsi commonefacient, non sequuto autem effectu, rem pro medela ad nos perferent.

§. 35. Patrono e fundatis rationibus postulante, ut in eius vel repraesentantis praesentia status aedium aut peculii Ecclesiae, suo Patronatui obnoxiae pervestiget, non difficultabimus, ut idmodi postulato Patroni satisfiat.

§. 36. Super administratione peculii Ecclesiarum et piarum fundationum exente anno militari cum 1. Novembris initium sumente, documentatae rationes reddi debent.

§. 37. Rationes has et quidem seorsive de statu activo passivoque Ecclesiae et de statu activo passivoque piarum fundationum, quoad has iterum distinctim de fundationibus categoriae Ecclesiasticae videlicet pro missis fundatis, pro crucibus, statutis, devotionibus etc. — et distinctim de fundationibus categoriae secularis uti: Xenodochiorum, Institutorum pauperum, etc. ductu perinde seorsivorum diariorum conficit iuxta formularia hactenus usitata Rector Ecclesiae, — in regula absque remuneratione — ubi tamen titulo hoc quidpiam currebat, curret et in futurum. Idem intelligendum de remuneratione illorum, qui penes aliquas Ecclesias, eo quod maior substantia administranda foret, pro subsidio adhibebantur, aut ex post adhibebuntur.

§. 38. Confectae taliter per respectivos Rationantes super peculii Ecclesiarum et piarum fundationum Rationes subiicientur Revisioni; hanc quivis VADiaconus in suo Districtu velut Ordinarii repraesentans, decursu mensis Novembris, ad summum usque dimidium mensis Decembris peraget, revisasque totius sui Districtus Rationes usque finem mensis Decembris ad semel pro superrevisione Ordinariatu substernet.

§. 39. Procedura per Vice-Archi-Diaconos in revisione Rationum sui Districtus observanda, in sequentibus consistet:

Ante omnia de tempore praefiget VADiaconus pro praesuscipienda in singulativis sui Districtus Ecclesiis Rationum revisione, terminum, quem concernens Curatus Patrono aut huius repraesentanti notificabit. In praefixo termino aderit VADiaconus, et in praesentia respectivorum peculii sacri Administratorum, Patroni item aut huius repraesentantis, se revisioni accinget. Paratas videlicet et sibi praesentatas Rationes palam per extensum legi curabit, neque contentabitur simplici recalculatione percepti ac erogati, sed ipsa provocata documenta in origine revidebit, num legitima sint? Ex iis et combinatione respectivi Diarii ac Inventarii, Rationum item prioris anni cognoscat num omnia prout oportet, in perceptum sumta sint, an secus? Utrum erogationes non excedant activitatem concernentium Administratorum, numve sint documentis suis firmatae, et in quantum indultus Ordinarii requirebatur num talis praesto sit? Post haec pecunias, quae iuxta revisas et pro legitimis adinventas Rationes, supererunt, remunerabit et cistae Ecclesiae reinferri mandabit.

Post censuratas Rationes pervestigabit Inventaria tam Ecclesiae quam piarum fundationum, numve omnia, quae ibi specificantur adsint, inquiret, quoad tenuta quidem ac supellectilem se per Administratores, directa eatenus ad eos speciali quaestione informari curabit, Obligatoriales e contra, Contractus arendales, Litteras fundationales

et pretiosa de frusto ad frustum perlustrabit, una vero in id, num mutationes, quae decursu illius anni quoad peculium tam Ecclesiae quam piarum foundationum seu per incrementum seu vero decrementum, intervenerunt, debite in Inventario praenotatae habeantur, investigabit; sine hoc illam quaestionem Administratoribus proponet: num peculium Ecclesiae per pia legata et oblata adauctum, nunve foundationes factae sint? Censuratis Rationibus, et pervestigatis Inventariis, omnibusque in ordine adinventis, aut certe in ordinem redigi procuratis, tam illas, quam haec et ipse subsignabit, et per praesentes, subsignari faciet, atque sic authenticabit.

Porro inquireret revidens VADiaconus num iuribus Ecclesiae, piarum foundationum et parochiae nullum imminet periculum aut involutiones, ut sic cum praesentibus Administratoribus et Patrono aut huius repraesentante quid pro praesalvatione periclitantium nefors iurium et in genere pro bono peculii sacri agendum sit deliberari valeat — et quae occasione idmodi deliberationis seu reflexiones factae, seu decisiones latae fuerint, super his omnibus protocollum apponi curabit, originalique ad cistam Ecclesiae pro futura administratorum directione reposito, copiam a se vidimatam subin nec non ipsas Rationes, et has quidem in dupplici exemplo pro superrevisione Ordinariatui substernet, advolvendo una specialem Curati relationem de eo num decursu anni illius dos Ecclesiae aut beneficii aucta vel imminuta sit? et in quo augmentum aut imminutio consistat?

Denique hac ipsa fidelia etiam statum Ecclesiae, aedificii parochialis, ceterarumque aedilitatum indagabit, et quae e consilio praesentium quoque ad tollendos hiatus constituenda censuerit, efficaciter constituet.

§. 40. Si Patronus, etsi congrue invitatus nec per se nec per Repraesentantem revisioni Rationum intervenire posset, ac copiam censuratarum per VADiaconum Rationum Ecclesiae sibi communicari desideraret, huiuscemodi eius desiderio satisfaciendum erit, qui nihilominus si voluerit, ut faciendarum per eum nefors reflexionum occasione praesuscepit apud Ordinariatum superrevisionis ratio habeatur, tales in omisso usque finem mensis Decembris eidem Ordinariatui submitendas habeat.

§. 41. Peracta per Ordinariatum superrevisione, et quae nefors occurrerunt dubiis per respectivos Rationantes dilucidatis, rationes pro superatis et Rationantes pro absolutis declarabuntur; quo eveniente

§. 42. Unum exemplar Rationum ad Archivum Dioecesanum reponetur, alterum autem una cum relationibus de incremento vel decremento dotis Ecclesiarum et beneficiorum ad concernentem Sectionem Locumtenentialem pro congruo usu per Ordinariatum promovebitur.

## Titulus II.

De administratione peculii singulorum beneficiorum.

### Caput I.

*De obligationibus quae Beneficiatis circa administrationem peculii ad beneficium pertinentis, incumbunt.*

§. 43. Peculium beneficiorum, de quo hic sermo, e latifundiis, videlicet: agris, pratis, vineis, hortis, aedibus item pro habitatione et oeconomico usu destinatis, porro e Capitalibus et iuribus, horumque omnium fructibus, censibus et redditibus constat, quae beneficio cuiuspiam propria, et iuxta beneficii naturam, pro alendo Beneficiato destinata sunt. Huc in specie litterae obligatoriales status publici de compensatione amissarum urbanalitatatum, pertinent, non absimiliter huc pertinebunt similes obligatoriales litterae de compensatione amissae sedemicae extradandae, quae capitalem summam his titulis beneficio ecclesiastico competentem repraesentant. Haec Capitalia cum reliquis omnibus superius recensitis emolumentis constituunt radicalem et inalienabilem beneficii proprietatem seu dotem, circa cuius conservationem, non secus ac ius et modum proventus e proprietate hac beneficio obvenientes percipiendi et expendi leges canonicae aliaque statuta vigorem suum hucdum habentia observari debent.

§. 44. Sicut quaevis Ecclesia, ita quodlibet etiam beneficium habere debet suum Inventarium, in quod omnia tenuta, iura, et reliquae peculii beneficalis par-

tes, dein fundus instructus, si talis adest, denique Capitalia tam apud privatos, quam statum publicum excensuata et exhaerentia cum suis distinctivis notis inferri, simul vero titulus iuris possessionarii cum provocatione ad respectiva documenta, exactissime praenotari debent. Eidem Inventario mox ac aliquae mutationes circa proprietatem beneficii eveniunt, pari cum exactitudine inserere oportet. Inventarium tale quotannis occasione censurae Rationum coram VADiacono et Patrono, aut huius repraesentante producendum et pari ratione ac de Inventariis Ecclesiarum et piarum foundationum superius dispositum habetur, pervestigandum et authenticandum erit.

§. 45. Bona beneficii tam mobilia, quam immobilia ad exigentiam legum ac dispositionum eatenus vigentium procurat is, qui illud legitime possidet, adeoque Beneficiatus ipse, vel Collegium aut Conventus ecclesiasticarum personarum, cui beneficium incorporatum est. — Possessor beneficii ecclesiastici nunquam non prae oculis habeat, quod illius duntaxat usufructuarius sit, naturali obligatione obstrictus ad praesistentia non tantum sarta tecta conservanda, sed et tum in suum, tum Successorum maius commodum pro modulo augenda et amplianda. Relate ad usum sylvarum, si tales beneficio cuidam propriae sunt, fideliter observari debent normae, quae eatenus praescriptae habentur, ne ratione proventuum exinde redundantium Successoribus praeiudicium, aut damnum inferatur.

§. 46. Circa abalienationem aut onerationem peculii beneficalis, item circa elocanda, edicendaque capitalia, quae ad dotem beneficii referuntur, observandae erunt dispositiones §§. 13. 15. 18. 19. 20. 24. expressae.

§. 47. Si Beneficiatus aes paratum e renumeratis Capitalibus ad beneficii dotem pertinentibus perceptum, non denuo in censum locare, sed alio quopiam modo e. g. per comparisonem alicuius fundi fructificans efficere vellet, id ei facere non nisi cum assensu Patroni, et indultu Ordinarii integrum esse potest.

§. 48. Dum fundi beneficales in arendam locantur sub nullitate Contractus, solutionem Canonis non nisi pro dimidio anno anticipare, ac ideo etiam stipulare licet — ne Successori damnum exinde emergat.

§. 49. Super acceptatione foundationum, quae in emolumentum beneficii fiunt, decernere penes praehabitam eatenus Patroni quoque declarationem, ad Ordinariatum pertinet.

§. 50. Tam VADiaconus ceu repraesentans Ordinariatum, quam etiam Patronus, cuius utpote perinde interest, ut peculium beneficii omni meliori modo administraretur, habent ius Beneficiatum officii sui serio admonendi, si ille seu in aedibus beneficalibus conservandis, seu in peculio administrando negligentem et incurium se exhiberet. — Monitis non proficientibus, denunciatio facienda erit Ordinario, qui si ita Patronus posceret, in huius vel repraesentantis praesentia statum aedium et peculii beneficalis pervestigandum curabit, medelamque feret.

§. 51. Ingruente necessitate defensionis iurium possessionariorum, quae beneficiis propriae sunt, adcommodabit se Beneficiatus normis, quae pro defensione iurium, Ecclesias respicientium §§. 22. et 23. praescriptae existunt.

### Caput III.

*De administratione vacantium beneficiorum.*

§. 52. Beneficio parochiali in vacantiam canonicam recidente, Ordinarius interimalem Administratorem constituit, curam Ecclesiae et beneficii vacantis tam in spiritualibus, quam temporalibus eidem committendo. Administratoris igitur, sic ut praefertur ad interim constituti, eadem est ad peculium Ecclesiae, beneficii et piarum foundationum relatio, quae ipsius ordinarii Ecclesiae Rectoris.

§. 53. VADiaconus Districtualis curabit, ut cum concursu Patroni et peculii sacri Administratorum omnia tam in Ecclesia, quam beneficii Inventario comprehensa a posthuma defuncti substantia aut a privata Beneficiati in vivis quidem existentis, ast a beneficio recedentis proprietate debite secernantur, in tuto collocentur, et quae nefors deessent redintegrentur, tum vero constituto interimali Administratori resignentur per hunc usque novi ad Beneficium vacans canonicè instituendi ordinarii Beneficiati adventum conservanda.

§. 54. Utprimum novus Beneficiatus canonicam investitionem ab Ordinario

acceperit, eidem VADiaconus in praesentia interimalis Administratoris Ecclesiae, Syndici nec non Patroni, aut huius repraesentantis cuncta ad proprietatem Ecclesiae, piarum foundationum et beneficii proprietatem pertinentia resignabit, illumque ad beneficium parochiale iuxta vigentem in hac Archi-Dioecesi morem introducet et installabit. Pro fundamento huius Resignationis deserviet praexistens Inventarium beneficii, Ecclesiae, et piarum foundationum — qua occasione accurata quoque descriptio status in quo omnia tam mobilia, quam immobilia Ecclesiae et beneficii bona, non secus omnes aeditates inveniuntur fieri debet, seu nova Inventaria in conformitate §. 11. conficienda erunt. Finaliter super toto hoc installationis actu adparabitur protocollum in duobus exemplis, per installatum et reliquos subscribendum. Unum exemplum protocollum Ordinariatui substernetur, aliud vero in cistam Ecclesiae reponetur.

Pro coronide propriam facimus cohortationem, quam Synodus Dioecesana Constantiensis de anno 1609. cunctis Beneficiatis impendit, his verbis: „Cum Ecclesiarum bona non humani, sed divini iuris sint, et ideo in nullius nisi Dei Optimi Maximi bonis consistant, utpote Eius divinae Maiestati a fidelibus oblata, ac secretorum coelestium usibus dedicata: beneficiorum ecclesiasticorum quorumcumque legitimi possessores, quibus Ecclesia vice ac nomine Christi potestatem patrimonium suum dispensandi et administrandi commisit, non tantum fideles et prudentes dispensatores esse, sed etiam ea diligenter tueri et conservare atque quocumque modo illicito distracta et abalienata recuperare et vindicare debent. Quod ut fiat, Nos omnibus et singulis Beneficiariis iniungimus.“

Datum Strigonii in Residentia Nostra Archi-Eppali die 8-a Aprilis 1859.,  
Episcopatus Nostri anno trigesimo tertio, Archi-Episcopatus vero decimo.

*Joann. Carl. A. E. m. m.*

*[Faint, illegible text, likely bleed-through from the reverse side of the page.]*

*[Faint, illegible text, likely bleed-through from the reverse side of the page.]*



84

# Venerabili Clero Archi-Dioecesis Nostrae Strigoniensis Salutem in Domino et paternam Benedictionem!

**Nr. 4484.** **C**onscriptio fundorum immobilium, quam C. R. Gubernium regnotenus disposuit, et plurimis in locis iam ad effectum deduxit, cum praecipue scopum praefixum habet, ut iura proprietatis in securo constitui procuret; prouti singulorum civium interest, ut dicta Conscriptio respectivis eorum iuribus convenienter instituat, ita et Ecclesiam sollicitam esse oportet, ne tenuta singularum aedium sacrarum, piarum Foundationum, Beneficiorumque parochialium fundualibus illis Tabulis erronee inferantur, unde eorum iura difficultatibus involvi, aut prorsus precaria incertaque reddi contingat.

Horum in nexu hisce dispono: ut Districtuales VADiaconi occasione revisionis Rationum Ecclesiarum, aut si hoc tunc fieri nequiret, alia proxima opportunitate Extractus idmodi fundualis Conscriptionis praevis per Parochos a respectivo Officio funduali, vel a Magistratu Communitatis suae expetendos, et ad Archivum parochiale reponendos, sibi exhiberi faciant, diligenterque cum documentis, quae super iuribus possessionariis Parochiarum, Ecclesiarum, piarum Foundationum etc. praexistunt, combinent, investigaturi: num omnia tenuta dictis fundualibus Tabulis debite illata sint? sicubi defectus aliquos detegerent, dabunt operam, ut ii congruo modo suppleantur.

Cum porro in sensu legum publicarum duae duntaxat praetensiones activae hypothecaria securitate polleant, aut saltem acquisitum per intabulationem prioritatis ius retineant, quae ad supra fatas funduales Tabulas transscriptae habentur, transscriptionesque hae iam in aliquibus Comitibus peractae sint, in aliis, uti e. g. in Comitatu Neogradiensi actu peragantur, in aliis demum primo tantum peragendae veniant: hoc ex incidenti committitur concernentibus Parochis, Parochiarumque Administratoribus, quorum Ecclesiae, Beneficia, Foundationes piae, huiusmodi praetensiones activas, seu Capitalia apud Communitates aut privatos possessores exhaerentia habent, ut in quantum quaestionatas transscriptiones necdum procuravissent, terminique pro iis praefixi iam evoluti essent, tales adminus suppletorie — in quantum vero praestituti termini adhuc non effluerunt, aut primo solum praestituentur, inomnis intra hos, sub onere personalis evictionis, responsionisque, medio Fiscalium Dioecesanorum, ad id speciali plenipotencia sub hodierno provisorum, et quidem quantum fieri potest, ad expensas debitorum, cum idmodi transscriptiones, publicis legibus dispositae, integrantes partes intabulationum sint, fieri procurent: resignaturi ad effectum hunc de tempore (in specie Neogradienses usque 1-mam Decembris anni curr.) iisdem Dioecesanis Fiscalibus ipsas Obligatoriales in origine et erga reversales.

Harum quoque transscriptionum e respectu ad partes VADiaconorum pertinebit, certitudinem sibi procurare, num Districtus sui Curati incumbenti iis hac ex parte obligationi satisfecerint?

Denique ista fidelia pro directivo notitiae statu Vobis annuncio: emanasse Altissimam ddo 17-ae proxime praeteriti mensis Octobris Resolutionem, cuius in sequelam *Moratorium*, quod relate ad morosos interusuriorum solutores, qui urbarialitates amiserunt, edictionem Capitalium impediabat, cum 1-a Januarii Anni 1859. expiraturum est. Strigonii die 1-a Novembris 1858.

benevolus

*Joannuelard H. Episcopus*

85

## Venerabili Clero Archi-Dioecesis Nostrae Strigoniensis Salutem in Domino et paternam Benedictionem!

Nr. 3604.

In sequelam substrati mihi a compluribus VADiaconalibus Districtibus id-  
modi gravaminis: qualiter Curati, praeterquam quod expeditione extractuum matri-  
cularium pro parte statutionalium Commissionum non parum gravati sint, insuper eti-  
am per Judicia et orphanales Commissiones scopo similium extractuum, pro orphanis  
extradandorum, frequenter adeantur, quin eisdem consvetae expeditionales taxae, lega-  
lem proventus parochialis ramum efficientes, a quopiam dependerentur, — facta ad  
C. R. Loc. Sectionem Poseniensem remonstracione, congruam medelam sollicitavi; nexu  
cuius emanavit ab antefata Locumtenentiali Sectione sub 28-a Augusti anni curr.  
Nr. 18214. Resolutio, sequentem praevio in merito cynosuram intra ambitum eiusdem  
Locumtenentialis Sectionis dehinc observandam praestituens:

Matriculares quo-  
ad extractus or-  
phanalibus Com-  
missionibus ex-  
tradandos in-  
viatio datur.

Posteaquam C. R. Judiciis et in locis, ubi orphanales Commissiones iam  
existunt, istis legetenus obligatio incumberet, educationem orphanorum, substantiaeque  
eorum administrationem procurandi, desuperque praescripta Protocolla ducendi, et unum  
ex essentialibus requisitis huiusmodi Protocolorum esset, ut in iis aetas orphanorum ad-  
curate indicetur, quo sic determinari possit tempus, dum illi per suam physicam ae-  
tatem qualificati evadunt pro eo, ut e iudiciali curatela excedant, istud vero non-  
nisi adminiculo fidedigni testimonii eorum, ad quos matricas ducere pertinet, possi-  
bile foret: hinc fit, quod Judicia aut orphanales Commissiones, ut obligationi suae  
circa ducenda orphanalia Protocolla respondeant, si eis secus tempus nativitatis curae  
suae creditorum orphanorum aliunde, e. g. e praecedente nefors declaratione suces-  
sionali, penes quam formales litterae baptismales produci debent, notum non est, semet  
ad Clerum Curatum praeadtacto fine convertant; quo in casu quia Judicia, respective  
orphanales Commissiones ex officio procedunt, Curati quoque requisitioni eorum vi  
officii, proinde gratis et absque taxa satisfacere debent, transponendo eis sub obsigillata  
propria illorum adressa non formales litteras baptismales, sed duntaxat simplicem  
extractum matricularem, continentem in se annum, mensem, diem nativitatis, et nomen  
cognomenque orphani, praeterea nomen ac cognomen Parentum, atque adpressum si-  
gillum Officii et subsignationem extradantis Curati; ad hunc finem possunt adhiberi  
impressa formularia, quae Curatis occasione statutionis tyronum a parte civilium Ju-  
risdictionum subministrari solent; et quamvis nullae comitivae litterae sint necessariae,  
semper tamen debet numerus acceptae a Iudicio vel Commissione orphanali officiosae  
requisitionis (e. g. ad Nrum 564) diserte exponi.

E contra in illis casibus, in quibus orphani ipsi, vel eorum Repraesentantes,  
testimonium nativitatis producendum habent, e. g.

a) ad effectum ineundi per orphanos matrimonii,  
b) ad exoperandam maiorennitatis declarationem cum relaxatione temporis,  
quod eis adhuc deest.

c) ad evincendum, quod omnino iam maiorennitatem adtigerint, fine recipi-  
endae adusque per Officium orphanale administratae eorum substantiae — demum

d) ad comprobendam suam geneologicam descendentiam in casu iuris succes-  
sionalis, — quia in omnibus his casibus Judicia aut orphanales Commissiones non  
ex officio, verum erga recursum orphanorum agenda agunt, ideoque recurrentes ipsi  
probam suae aetatis aut descendentiae geneologicae suppeditare debent, in his inquam  
casibus semper formales et tymbro provisae litterae baptismales expediri debent, quas  
Curati — casu paupertatis excepto, quando etiam tymbrium a parte Status relaxatur  
— non aliter, quam erga depensionem currentis expeditionalis taxae extradare obli-  
gantur.

Hac fidelia iuvat a paritate praeviae cynosurae et illud pro Vestra directione  
memorare: quod ab extractibus, quos pro officioso statutionalium Commissionum usu  
adparatis, nulla currat taxa; sed vero dum similes extractus erga desiderium et pro  
usu emolumentoque privatorum, ab obligatione militandi immunitari anhelantium,  
expeditis, consvetam taxam iure et praetendere et dessumere possitis, ita tamen, ut  
vere pauperes gratis pro Deo iuventur. Strigonii die 11-a Septembris 1859.

**Nr. 3647.**

Moniales Congr.  
S. S. Salvatoris,  
collectam cum  
Altiori indultu  
instituant.

Ductu Rescripti Caes. Regii Locumtenentialis Sectionis Posoniensis ddo 15-ae curr. 22152. Monialibus Congregationis Ssmi Salvatoris in Reindorf, loco urbi Viennensi vicino, curae infirmorum et educationi orphanarum puellarum vacantibus, ad effectum procurandae usibus suae Congregationis accomodae domus, sex mensium facultas symbolas charitativas per Monarchiam austriacam colligendi a parte Caes. Regii Ministerii Internorum cointelliganter cum Caes. Regio Ministerio Cultus concessa habetur; quod ipsum Vobis pro directivo notitiae statu hisce significo. Strigonii die 21-a Septembris 1859.

**Nr. 3761.**

Libros deceden-  
tium Curatorum  
quoad stabiliti  
ordines dioec.  
republicantur.

Praevigens in hac Archi-Dioecesi statutum dioecesanum de libris decedentium Curatorum in usum Successorum, respective parochiali Bibliothecae relinquendis, et nonnisi in casu deficientis residuae pro excontentandis bonae fidei Creditoribus substantiae ad fundum excontentationis eorundem pertrahendis, — ex occasione editae a Caes. Regio Ministerio Justitiae sub 12-a Augusti anni curr. Nr. <sup>12535/3611</sup> Resolutionis, id disponentis: ut ubi simile statutum dioecesanum viget, illius per Jurisdictiones quoque civiles in pertractatione ecclesiasticarum posthumarum massarum ratio habeatur, hisce republicandum censui. Strigonii die 28-a Septembris 1859.

**Nr. 3730.**

Pro statione Do-  
centis in Rohov  
concursus indici-  
tur.

Concursum pro statione Docentis una Cantoris labii slavici in Rohov in 3-iam Novembris anni curr. hisce defigo. Proventus cum statione hac coniuncti consistunt in fnis 16. xris 30. a Communitatibus, totidem item e Fundo Religionis percipi solitis; in 16. incirca metr. pos. siliginis et 10. metr. pos. tritici; porro a prolibus scholaribus percipit Docens titulo didactri fnos 10; e foundationibus fnos 14. titulo ligni focalis et vecturae fnos incirca 11; e reliquis titulis itidem 10. Tenet quoque caulem  $\frac{1}{2}$  metr. pos. capax. Domus scholaris duobus cubilibus, camera, culina. stabulo constat, cui hortus postdomalis arboribus fructiferis consitus, 100. orgias quadratas amplius adiacet.

Recursus debite instructi J. Dominio Berencs inscribantur, et Surrogato VADiacono Szeniczensi Francisco Zaicz, Parocho in Jabloncza, ad praeindicatum terminum exhibeantur. Strigonii die 26-a Septembris 1859.

**Nr. 3731.**

Zsasskovszky-  
ana Collectio  
Hymnorum publi-  
catur.

Fratres Franciscus et Andreas Zsasskovszky, ille Regens Chori, hic organista penes Metropolitanam Ecclesiam Agriensem ad instar supplementi ad opus suum „Manuale musico-liturgicum“ novissimè typis ediderunt opellam, cui titulus „Cantica Sacra“. Eius pars prima continet plures hymnos, varias intonationes, antiphonas et cerimonias solennibus duntaxat festivitibus et rarioribus in casibus obvenientes. Pars altera comprehendit ritus funerum et exequiarum, additis linguis vernaculis numerosis cantionibus funebralibus, tam novas quam antiquas melodias a tribus et quatuor vocibus exaratas praeseferebantibus. Opus hoc characteribus musicis provisum in duplici editione, latino-hungarica, et latino-slavica pretio 1. fl. 40. xr. v. a. sive apud auctores, sive via Officii Dioecesani Agriensis obtineri potest.

Perfero Vobis ad notitiam utile isthoc opus eo fine, ut qui „Manuale musico-liturgicum“ in Ecclesiis Vestris iam tenetis, et istud comparare contendatis, cum sit complementum prioris. Strigonii die 26-a Septembris 1859.

**Nr. 3686.**

Sarlay Franciscus  
obiit.

Francisci Sarlay, emeriti Administratoris Nagy-Endrédensis, die 20-a curr. ex ictu apoplectico post suscepta praevie moribundorum Sacramenta anno aetatis suae 64. pie in Domino defuncti animam solitis piis suffragiis commendo. Strigonii die 23-ia Septembris 1859.

benevolus

*Joannuelard H. Episcopus*





JG

## Venerabili Clero Archi-Dioecesis Nostrae Strigoniensis Salutem in Domino et paternam Benedictionem!

**Nr. 4701.** Duplicata testimonialium scholasticarum qualiter extrodanda?

Vigore Resolutionis ministerialis sub 25-a Octobris a. curr. Nr. 13475. editae, Directionibus scholarum capitalium, realium et popularium facultas tribuitur, Duplicata testimonialium scholasticarum citra petendum ab altiori Loco indultum extrodandi. Id quod nexu Rescripti c. r. sectionis Locumtenentialis Poseniensis ddo 22-ae Novembris a. curr. Nr. 26503. horsum directi, concernentibus Directoribus et scholarum elementarium Inspectoribus eo addito hisce ad notitiam perfertur, quod pro Duplicatis idmodi a parte scholarum popularium extrodandis nulla prorsus taxa desumenda sit. Strigonii die 27-a Novembris 1859.

**Nr. { 4819.  
4820.** Statio Docentis in Tergenyé et Csesztve adhuc vacat.

Pro complenda vacante in Tergenyé et Csesztve Docentis una Cantoris statione Concursus pro termino 18-ae Januarii anni affuturi praesentibus republicatur. Emolumenta stationum harum circularibus literis sub 29-a Augusti a. curr. Nr. 3415. item 14-a Octobris Nr. 3999. abhinc dimissis recensentur, ubi una scholarum Inspectores memorantur, ad quos recursus usque praeindicatum terminum dirigere oportebit. Strigonii die 3-a Decembris 1859.

**Nr. 4935.** Concursus pro Docentis statione in Szalka.

Concursus pro vacante Docentis una Cantoris labii hungarici in oppido Szalka statione in 25-am Januarii anni affuturi praesentibus defigitur. Proventus eius sunt: fructus 8½ iugerorum terrae arabilis, quae a Communitate cultivantur; titulo lecticalis a fidelibus 72. metr. pos. frumenti mixti et 8. urnae vini; ab oppido 8. metr. pos. tritici, tres currus foeni et 14. feni in aere parato; a Dominio AEppali 10. orgiae ligni focalis. Habitaculum e duobus cubilibus, altero item pro subdocente, ubi illo opus esset, nec non culina, camera, stabulo et curruli constat. Recursus mihi inscribantur et Districtus cognominis VADiacono Francisco Andorszeghy, Parocho in Ipoly-Szakállos, usque praememoratum Concursus terminum exhibeantur. Strigonii die 9-a Decembris 1859.

**Nr. 4939.** Docentis in Héreggh et Tardos munus vacat.

Pro statione Docentis et Cantoris labii hungarici in Héreggh vacante Concursus in 25-am, pro illa vero labii slavici ac hungarici in Tardos in 26-am Januarii anni insequentis praesentibus annunciat. Recursus pro utraque statione mihi inscribendi et surr. Districtus Bajóthensis VADiacono. ac loci cognominis Parocho Rudolpho Simonyi, ad praeindicatum terminum exhibendi erunt.

Emolumenta stationis in Héreggh sunt: 9 iugera terrae arabilis, per Communitatem catholicam cultivata; libera pecorum et pecudum pascuatio; duae capetiae foeni a Communitate; 21. feni val. austr. 32. metr. pos. tritici mixti; una metr. pos. quo pinsendis hostiis; a Dominio AEppali 11. orgiae ligni focalis et 4. feni 70. xri val. austr. a Communitate pro calefactione scholae 4. orgiae lignorum; 11. feni 85. xri val. austr. e fundo Religionis; 16. incirca feni titulo stolae. Hospitium duobus cubilibus, culina, camera, stabulo, reclinatorio et cellario absolvitur, domuique hortus 324 org. quadr. adiacet.

Reditus stationis in Tardos sunt: iugera 5¾ in agris; canabetum 300. org. quadr. et spatium 450. org. quadr. pro solamine tuberoso, quae per parochianos cultivantur. E cassa Communitatis 47. feni M. Conv. 21. metr. pos. frumenti mixti et duae capetiae foeni; pascuum liberum; a Dominio AEppali 12. orgiae lignorum; a singula prole scholam frequentante, quarum numerus ad 130. excurrit, 10. xri M. Conv. titulo stolae et offertoriorum incirca 12. feni M. Conv. Habitaculum e duobus cubilibus, camera, stabulo, reclinatorio constat. Domui hortus ½ iugeri, arboribus consitus adiacet.

Quodipsum Docentibus subdocentibusque Vestris congrue notificetis. Strigonii die 10-a Decembris 1859.

**Nr. 5036.**

Pensa a membris  
Soc. S. Stephani  
desumenda.

Quos, quamve salutare sibi Societas S. Stephani, scopo edendorum et  
distrahendorum piorum et utilium librorum, sacrarum imaginum nec non scriptorum  
periodicorum e clericis et laicis ante decennium Pestini, sub Episcoporum Hungariae prote-  
ctione adunata, ad formandos populi mores, vitamque christianam in familiis conservandam  
fines praestituerit, quo item cum zelo, qualibusque cum sacrificiis fines hos adusque  
prosecuta, fuerit ita, ut una occasionem quoque promte arripiat superabundantis lucri  
partem in opera christianae misericordiae impendendi, omnibus Vobis, sed imprimis  
illis, qui numero membrorum eiusdem sex millia multum excedente adgregati, nummulis suis  
ad tam salutare Societatis huius fructus concurrunt, vel ex annuis de statu eiusdem  
publicari solitis relationibus sat superque compertum esse arbitror. Emolumenta e  
Societate hac in populum christianum redundantia nec Synodus provincialis, anno su-  
periore Strigonii coacta ignoravit, ideoque speciale Decretum condidit, in quo re-  
flexioni, qua se adusque dignam Societas haec exhibuit, per hoc satisfit, quod illic  
omnes de Clero et populo, praesertim vero illi, qui substantiam huius mundi maiorem  
habent, excitentur, ut nummos suos, ii vero quos Deus pluribus talentis ditavit, lu-  
cubrationes suas ad fines eiusdem promovendos ultro conferant. Sed vero fines hi ob-  
tineri tunc nisi possunt, si annuae symbolae in 3. flnis 15. xris v. a. defixae, adcu-  
rate dependantur. Quare ad servandum exposit debitum in colligendis annuis pensis or-  
dinem, fundamento determinationis in Congregatione generali die 9-a Junii 1857-i  
latae, eo Vos inviandos duxi: ut a membris extra domicilium Agentis commorantibus  
annua haec pensa Curati ipsi desumant, atque una cum pensis suis, si aequae membra So-  
cietatis essent, cum pretio item praenumeratorum vel secus comparatorum Societatis lib-  
rorum, pro hoc quidem anno, in quantum restarent, quo ocyus, deinceps vero, si ci-  
tius non, saltem occasione autumnalis Congregationis VADiaconis consignent, con-  
cernentibus Societatis Agentibus, ope quorum libri expediuntur tradenda, a membris vero  
Strigonii et Tirnaviae inscriptis, sine admanuationis locali Agenti faciendae, si secus  
eidem secure submitti nequirent, Officio dioecetano extemplo transponenda. Strigonii  
die 16-a Decembris 1859.

**Nr. 4865.**

Petrus Simu-  
nyi obiit.

Petrum Simunyi, Administratorem Parochiae Köpösdensis, die 1-a Decem-  
bris anni curr. post suscepta moribundorum Sacramenta, anno aetatis suae 51-o ad  
aeternitatem evocatum esse, sine absolvendorum suffragiorum Vobis annuncio. Strigonii  
dei 4-a Decembris 1859.

benevolus

*Joannuelard Eger*



## Venerabili Clero Archi-Dioecesis Nostrae Strigoniensis Salutem in Domino et paternam Benedictionem!

Stephanus Radlinszky, Alsó-Lipnicensis in Dioecesi Scepusiensi Parochus, concinnavit opus Theologiae Pastoralis, usibus practicis adcommodatum, taleque adprobatione Reverendissimi Ordinariatus Scepusiensis provisum, iam etiam prelo commisit, cum initio proxime affuturi anni proditurum. Praenumerationale pretium totius huius operis, tribus tomis absolvendi, defixum est per auctorem in 3. fnis 15. xr. val. a. — potest autem dependi vel in antecessum, vel vero obtento opere; — qui igitur Vestrum pro illo praenumerare cupiunt, semet usque finem Decembris anni curr. in Cancellaria mea Primatiali insinuent. Strigonii die 12. Novembris 1859.

**Nr. 4412.**  
Theol. pastoralis  
publicatur.

Concursus pro vacante hac labii germanici statione in 29-am affuturi mensis Decembris praesentibus defigitur, usque quem terminum recursus debite instructi, praefereuter autem testimonio habilitatis pro scholis capitalibus provisi, atque civico Magistratui Poseniensi inscripti, Canonico VADiacono Carolo Heiller exhibeantur. Emolumenta stationis huius in salario fixo 210. fnos val. austr. et adjuta quarteriali 63. fnos importante consistunt. Id quod Docentibus subdocentibusque Vestris, pro expectendis idmodi stationibus rite habilitatis, ad notitiam congrue perferatis. Strigonii die 15-a Novembris 1859.

**Nr. 4505.**  
Docentis in Blu-  
mental statione  
vacat.

Scopo occurrendi quibusvis disintelligentiis, in cohaerentia Circularium meorum ddo 28. Decembris a. 1858. Nr. 5216. ad Dioecesim dimissarum, reflectendos Vos censui: quod, sicut ingressus ad primam classem statutioni pro milite obnoxiorum non mox a completo vigesimo aetatis anno, ast nonnisi a 1-a Januarii proxime insequentis anni calculatur: ita pariformiter egressus e classe secunda non statim a completo aetatis anno vigesimo secundo, sed a 1-a Januarii proxime sequentis anni calculandus sit. Strigonii die 16. Novembris 1859.

**Nr. 4519.**  
Circa statutio-  
nem militum no-  
tandum.

Substratus mihi est a parte Directionis c. r. Praeparandiae Tirnaviensis catalogus docentium Individuorum, quae in feriali cursu, in elapsos menses Augustum et Septembrem Tirnaviam extraordinarie indicto, partem quadamtenus ceperunt. Quamquam ex subversante regnantis caristiae circumstantia exiguus illorum numerus et brevior, ac praescripta fuerit, in loco institutionis commoratio excusationem aliquantulam mereatur, probari attamen nullo modo potest, quod, perhibente comitiva dictae Directionis relatione, multi Docentum penitus ignoraverint, cursum hunc extraordinarium indictum publicatumque esse, ideoque probabiliter vel ex hac causa eidem intervenire intermiserint. Alias evenit, quod in Districtu quopiam Docentes congregationi annuae haud interfuerint, siquidem de termino, pro quo celebratio conferentiae Docentum indicta fuit, concernentes Curati ipsos haud edocuerint. Equidem quodlibet horum, si verificaretur, haud exiguam in Curatos indolentiae, in re scholari promovenda incuriae, in exequendis altioribus non minus ac dioecesanis jussis socordiae maculam coniceret; alioquin enim salutare idmodi Loci altioris intentiones ideo promulgantur, ut singulis, quos attinent, innotescant, ne nempe hi, quemadmodum in allatis casibus, editarum dispositionum ignorantiam obtendant. Quod ne facile amplius eveniat, districtim hisce inculco, ut quantum ad congregationes Docentum, currentales scholarium Inspectorum, terminum pro celebratione earundem annunciantes, deinceps non a Curatis solum, verum et Docentibus subsignentur; quantum vero ad reliquos altiores non minus ac dioecesanos ordines Docentibus scitu necessarios, dicti scholarum Inspectores, adhibito etiam, si opus foret, in subsidium uno e Fratibus aut Docentibus, linguarum in Districtu vigentium bene gnaro, ordinationes scholares, a parte Officii dioecesani idiomate latino communicatas, per summas duntaxat lineas in idioma per Districtum vigens convertant, quem succinctum quidem ast adaequatum extractum Docentes, sua utique lingua, libro scholari, qui ab illo prae manibus Curati

**Nr. 4543.**  
Ordinationes  
scholares Docen-  
tibus ad notitiam  
perferendae. Cir-  
culares literae  
mox ultro pro-  
movendae.

existente, latioque idiomate concinnato distinctus sit, inferre inonisse teneantur. Ita sane fiet, ut omnis scholas attinens ordinatio rite Docentibus innotescat et explanetur, sicque omnis excusationis rima debite obstruatur. Quare onus scholarum Inspectores manebit, inprotocollationem hanc ordinationum, in sensu circularium ordinum sub 28-a Aprilis a. curr. Nr. 1910. abhinc editorum, occasione Visitationis annuae debite reviderere, desuperque, uti etiam, num literae circulares protocollo scholari prae manibus Curatorum existenti, uti et dioecesano, ad exigentiam ordinationis sub 21-a Junii a. curr. Nr. 2579. publicatae per extractum inferantur? fidedigne horsum, cum specifica incuriorum, uti et eorum, apud quos circulares literas, iuxta datum perceptionis et dimissionis, comitivis VADiaconi literis rite inserendum, diutius exhaerere contigerit, designatione, referre. Strigonii die 18-a Novembris 1859.

**Nr. 4584.**

Statio Docentis  
in Lonthó vacat.

Pro hac ad Parochiam Ipoly-Szakállos filiali, labii hungarici Docentis, una Cantoris statione Concursus in 10-am Januarii anni affuturi praesentibus indicitur. Reditus ejusdem sunt: 12. metr. pos. siliginis; incirca 30. fni val. austr. a scholaribus; 6. fni 52 xr. e fundo publico; 15. fni val. austr. pro institutione dominicali; incirca 8. fni titulo stolae. In agris tenet 5. iugera terrae, quae a parochianis cultivantur. Percipit praeterea Docens a Communitate unum currum foeni, ligna focalia vero a Compossessoratu obtinet. Cubiculum et cameram habet in aedificio scholari. Recursus debite instructi VADiacono Districtus Szalkaensis Francisco Andorszeghy, Parocho in Ipoly-Szakállos inscribantur et ad praeindicatum terminum exhibeantur. Quodipsum Docentibus subdocentibusque Vestris congrue notificetis. Strigonii die 25-a Novembris 1859.

**Nr. 4600.**

Pagellae polit.-  
liter. „Idók  
tanuja“ Clero  
commendantur.

Antonius Lonkay, a redactione pagellarum „Tanodai lapok“ plerisque notus, edere incipiet cum initio proximi anni pagellas argumenti politico-literarii sub titulo: „Idók tanuja“. Ex tenoribus programmatis, ex quo 2—3 exempla ad singulos Districtus transpono, uberius cognoscere licet, quatenus ille principia, quam item seriem et distributionem materiarum in redactione earundem pagellarum sequi sibi proposuerit; cognoscere licet signanter id: quod is pagellas has in sensu et spiritu catholico redigendas serio ac firmiter spondeat. Laudandum sane propositum, dignumque, cui Nos imprimis faveamus, utpote quorum non potest non plurimum interesse, ut in hac nube ephemeridum, sensui religioso-morali si non inimicarum, saltem indifferentium, habeatur organum, quod recto pervasum spiritu, corrupto saeculi genio efficaciter contraeat, veritatemque strenue propugnet. Cumque fiduciam hanc in opera laudati Antonii Lonkay iure collocare liceat: nihil ambigo, quominus Vobis saepedictas pagellas fine praenumerationis et commendationis plurimum commendem. Strigonii die 22-a Novembris 1859.

**Nr. 4656.**

Concursus pro  
neorecta Docentis  
schol. capit.  
Schemnicii statione.

C. r. sectio Locumtenentialis Consilii Poseniensis ope Rescripti sub 11. curr. Nr. 25496. ad me directi insinuat: Communitatem civicam Schemniciensem decursu anni huius de necessario pro quatuor scholae eiatis capitalis classibus locali et quarti Docentis dote in 420. fl. val. a. 63. fnis titulo quarterii ac 31. fno et 50. xris titulo reluitionis lignorum defixa providisse, unaque Concursum pro neorecta hac Docentis statione, cum qua munus Directoris erga remunerationem in 105. fnis val. a. consistentem coniunctum erit, ope adnexae annunciationis in 24. Decembris a. curr. defigit eo, quod capitalis haec schola ad classem earum pertineat, quae in sensu editorum sub 23. Martii 1855. Nr. 18788. ministerialium ordinum, Intimato Consilii Locumtenentialis ddo. 26. Aprilis a. eiusd. Nr. 6275. ad Regnum Hungariae quoque extensorum, debite coordinatae sunt; quarumve idcirco promulgatio et completio altiori Loco reservata est. Concurrentes recursus suos c. r. sectioni Locumtenentiali Poseniensi inscribant, atque literis baptismalibus, nec non docendi habilitatem, adplicationem, moralitatem, perfectamque linguarum institutionis, utpote germanicae et slavicae cognitionem attestantibus documentis debite instructos, Praeposito VADiacono districtuali Josepho Boltizár, Parocho Schemniciensi usque praeindicatum terminum exhibeant, abs eodem Communitati civicae fine praesentandi Individui communicandos, deinque horsum transponendos. Strigonii die 27. Novembris 1859.

benevolus



Joannulard H. E. H. H.

88

## Venerabili Clero Archi-Dioecesis Nostrae Strigoniensis Salutem in Domino et paternam Benedictionem!

**Nr. 4170.**  
Excelsum institutionis Ministerium, ope Resolutionis sub 19-a Septembris a. curr. N. 14047. editae, Joannem Brandstatter ex Austria inferiore oriundum, aetatis annorum 22. catholicum, coelibem, postremo subdocentem in Pulkau, aequae Austriae inferioris loco, a crimine seductionis puellae cujuspian scholaris, ob insufficientiam probarum in via iudiciaria quidem absolutum, via attamen disciplinari ad munus docendi publice et privatim obeundum pro inhabili declaravit. Pariformiter Leopoldus Weispöck in Poisdorf, inferioris Austriae possessione anno 1830. natus, religione catholicus et postremo in schola capitali Viennae subdocens, e capite falsificationis campsorialium literarum gravi carceri mancipatus, ope Resolutionis memorati Excelsi Ministerii ddo 26-ae Septembris a. curr. N. 14439. ceu talis declaratus est, qui ad munus docendi sive publicum sive privatum nusquam adplicari possit. Id quod nexu Rescripti c. r. sectionis Locumtenentialis Poseniensis sub 5-a et 11-a Octobris a. curr. Nris 23846. item 24166. horsum directae scopo eo Vobis significo, ut cognomina haec protocollo scholari, cum facta congrua ad numerum et datum circularium horum ordinum provocatione inferatis, Strigonii die 26-a Octobris 1859. Quipiam a docendo arcentur.

**Nr. 4222.**  
Ex incidenti certi casus, qui recenter evenit, reflectendos Vos duxi: ne sponso minorennes, antequam illi patris, si talis adhuc vivit, si vero non vivit, concernentis Sponsi minorennes cum consensu patris vel Judicii pupillaris copulandi. Judicii pupillaris in sensu §§. 5. et 6. Legis civilis matrimonialis, requisitum consensum coram Vobis reproducant, seu promulgetis, seu vero pro dispensatione in bannis, in favorem eorum impetranda recurratis; atque ideo in recursibus, qui scopo hoc ad Officium diocesanum per Vos formabuntur, inposterum semper diserte exponendum veniet: sponsum vel sponsam minorennes consensu patris, aut pro re nata, Judicii pupillaris provisos esse. Strigonii die 28-a Octobris 1859.

**Nr. 4269.**  
Concursus pro labii hungarici hacce statione in 6-am affuturi mensis Decembris praesentibus defigitur, usque quem terminum recursus debite instructi districtuali Vice-Archidiacono et Parocho in Dunaszerdahely Joanni Szakváry, cui et inscribendi sunt, exhibeantur. Emolumenta eius consistunt in agris 36 iugerorum, quorum dimidium pro subdocentis intertentione deservit; adest hortus trifolii 1. iugeri, habitaculum e duobus cubilibus, culina, camera et stabulo constans; titulo lecticalis praestationis obveniunt incirca 30 metretae siliginis; porro duae orgiae lignorum; 63. flni val. austr. e cassa Communitatis, tantundem item titulo instructionis prolium; ex offertoriis denique et Missae sacrificiis incirca 9 flni val. austr. Id quod Docentibus subdocentibusque Vestris ad congruam notitiam perferatis. Strigonii die 2-a Novembris 1859. Vacans in Bóös Docentis statio publicatur.

**Nr. 4327.**  
Pro statione hac labii slavici, cum qua, praeter reliquam domesticam in domo scholari accommodationem, proventus 60 flnorum val. austr. coniunctus est, Concursus in diem ultimam curr. mensis praesentibus annunciat. Recursus suis requisitis instructi Can. honor. VADiacono et Parocho in S. Benedicto Josepho Valentovich, pro praesuscipienda, in sensu novissimae ministerialis Resolutionis sub 27-a Octobris 1857. editae nominatione, ad praedictum terminum exhibeantur. Quod ipsum doctorae Candidatis et subdocentibus, locum mutare nefors cupientibus, congrue notificetis. Strigonii die 9-a Novembris 1859. Subdocentis in Thaszár statio vacat.

**Nr. 4334.**  
Fundamento §-i 9-i ministerialis Resolutionis sub 23-a Martii 1855. Nr. 18788. in merito coordinationis scholarum capitalium quatuor classibus constantium editae et ddo 26-ae Aprilis anni eiusd. N. 6275. ad Hungariae quoque Regnum extensae, idem Excelsum institutionis publicae Ministerium sub 27-a Septembris a. curr. N. 13116. attentionem Docentum scholarum capitalium imo et trivialium ad opus, Historia patriae nostrae Docentibus commendatur.

auctore A. Lederer, sub titulo „Heimathkunde vom Kronlande Ungarn“ editum et in bibliopolio Hermannii Geibel Pestini, erga pretium 64. xrorum val. austr. venale dirigendam esse iubet ita, ut opus hoc Docentes isti fine usus eiusdem in institutione capiendi, uti et Bibliothecae scholares sibi comparare satagant, quin illud sive pro scholis dictis praescribi, sive scholaribus ad comparandum commendari oporteat. Id quod nexu Rescripti c. r. sectionis Locumtenentialis Budensis sub 20-a Octobris a. curr. N. 29528. editi, pro congruo effectu hisce Vobis ad notitiam perfertur. Strigoni die 9-a Novembris 1859.

**Nr. 4371.**

Obstetrices iudaicae ad baptismum qualiter adhibendae? Iudaeis christianos ad servitium assumere vetitum.

Accidit, quod certus Dioecesis Munkácsensis Parochus obstetrices iudaicas ad effectum statuti, in provinciali Strigoniensi Concilio de admonendis per Parochos mulieribus christianis, ne opera idmodi iudaicarum obstetricum utantur, lati, ab assistendo parturientibus mulieribus christianis penitus arcere voluerit. — Re ad c. r. Ministerium cultus delata, emanavit ab eodem hocce Ministerio sub 19-a Julii anni curr. Nro. <sup>10809</sup>/<sub>3195</sub> ad Ordinariatum Munkácsensem Rescriptum, quod quidem supracitatum synodale statutum in suo vigore relinquit, quaestionatas nihilominus hebraicas obstetrices, si tamen in obversum admonitionis Parochi per mulieres christianas, nefors in defectu christianae obstetricis, pari dexteritate pollutis, adhiberentur, in exercitio suae professionis impediri non posse edicit, una palam recognoscendo: liberum fore Episcopis circa actus religiosos, penes neonatam prolem praesuscepandos ea ordinare, quae sanctionibus canonicis consona sunt.

Dum itaque sensum praevii Rescripti Vobis pro directivo notitiae statu communicarem, simul ex incidenti eiusdem sequentes normas, hoc in merito per Vos observandas, hisce praescribo:

a) omni meliori modo urgendum habebitis: ut in casibus, in quibus iudaicae obstetrices per mulieres christianas adhibentur, semper aliqua christiana etiam persona adsit, in administrando necessitatis baptismo rite instructa, quae talem, si opus esset, administret et una curet, ut in casu infelicis puerperii Sacerdos pro ministrandis moribundorum Sacramentis tempestive advocetur.

b) Obstetrix iudaica potest quidem prolem, dum pro baptismo ad Ecclesiam deportatur, usque ad huius fores comitari, nefas tamen ei est ipsam Ecclesiam subingredi, ac ideo

c) Prolem patrinis resignare tenebitur, neque se baptisanti Sacerdoti pro praestanda subsidiaria opera obtrudet, verum ad hunc scopum alia christiana persona adhibenda, atque ideo obstetrix iudaica ab omni in administrationem baptismi influxu arcenda erit.

E re porro hac occasione attingendum censui: quod exstent ddo 8-ae Septembris 1818. — item ddo 8-ae Septembris 1825. — demum ddo 16-ae Martii 1832. ad caes. regia Gubernia: Bohemicum, Moravicum et Silesiticum edita aulica Decreta, vigore quorum Iudaei a nutricibus et servilibus christianis adhibendis inhibentur. Parocho incumbit personam talem a servitio hoc dissuadere, et ubi in cultus divini exercitio quaecunque sive moralia, sive physica impedimenta ponuntur, politicae Iurisdictioni pro medela deferre. Sed nec questoribus, aut opificibus iudaeis tyrones christianos assumere licitum est. Strigoni die 10-a Novembris 1859.

**Nr. 4467.**

Statio Docentis in Románfalva vacat.

Concursus pro hac, ad Kis-Báb filiali, labii slavici statione in 12-am mensis Decembris a. curr. praesentibus defigitur. Emolumenta eius consistunt in agris 4. metr. pos. cauleto  $\frac{1}{4}$  metr. pos. canabeto itidem  $\frac{1}{4}$  metr. pos. quae omnia per Communitatem cultivantur, quibusve occasione commassationis adiicientur agri 4 metr. pos. E cassa Communitatis obtingunt 50 flni val. austr. a singula prole scholam frequentante, quales 60—70 numerantur, 42 xri val. austr.  $\frac{1}{2}$  metr. pos. siliginis et 5. faeces lignorum. Habitaculum cubili scholari, pro Docente item, porro culina, camera et stabulo absolvitur, domuique  $\frac{1}{4}$  metr. pos. hortulus adiacet. Recursus debite instructi Districtus Ujlakensis VADiacono Antonio Fritsch, Parocho in Lakács, cujus industriae haec dotationis melioratio debetur, usque praedictum terminum exhibeantur, eidem inscribendi. Strigoni die 12-a Novembris 1859.

benevolus

Joannuelard Fritsch



89

Dum igitur scholarum Inspectores ad desumendas, ubi resultatam visitationis huius ope Tabellae A) horsum pertulerint, e fiscis Ecclesiarum, ductu supramemoratae altissimae Resolutionis, pro anno scholastico nunc elapso visitationales quottas praesentibus activiso, quottarum harum a parte Ecclesiarum tales perstringere nequeuntium consignationem, pro anno priori et currente, simul cum fine huius opperiar, c. r. sectioni Locumtenentiali, nexu Rescripti sub 31-a Aug. a. curr. N. 20664. editi, pro exassignatione e Fundo studiorum substernendam. Strigonii die 1-a Octobris 1850.

**Nr. 3880.**

Subdocentis in  
Nagy-Jácztatio  
vacat.

Statio subdocentis labii slavici in Nagy-Jácztatio vacans reddita est, cuius emolumenta in 60. flnis val. austr. a Communitatibus et Docente percipi solitis, accidentia item a funeribus, si cum tubis comitiva praestetur, nec non victu, hospitio, et reliqua accommodatione consistunt. Praeter cognitionem linguae slavicae saltem aliquantula musicae quoque notitia requiritur, in qua se perficere cupientibus uberio-rem institutionem Docens impertietur. Recursus debite instructi Districtus Nagy-Tapolcsánensis VADiacono et oppidi cognominis Parocho Vincentio Kubicza, usque ultimam currentis mensis, fine complendae per eundem dictae stationis, exhibeantur. Quosuper alumnos, qui Praeparandiae cursum superarunt, subdocentes item Vestros slavici idiomatis gnaros congrue edoceatis. Strigonii die 10-a Octobris 1859.

**Nr. 3897.**

Concursus pro  
statione Docentis  
schol. capit. in  
Érsekújvár.

Terminus concursualis pro hac labii hungarici statione in 26-am curr. defixus est. Emolumenta stationis huius consistunt in 315. flnis titulo hospitii, 50. item pro inscriptione scholarium, unde tamen scholae calefactio perstringi debet. Recursus c. r. sectioni Locumtenentialis Consilii Poseniensis inscribendi, attestatis item super aetate, religione, pro scholis capitalibus docendi habilitate, servitiis item in munere docendi adusque praestitis instruendi, Canonico hon. VADiacono et Parocho in Érsekújvár Josepho Csernák usque praeindicatum terminum exhibeantur, Communitati oppidanae fine praesentandi Individui [abs eodem communicandi, horsumque dein cum designatione praesentati Individui transponendi. Strigonii die 11-a Octobris 1859.

**Nr. 3930.**

Alsó-Diószense  
Beneficium vacat.

Per transtationem Joannis Kovács Parochi hactenus Alsó-Diószense ad Beneficium Szomolányense, illud prius canonice vacat, et pro recursibus concernenti Patrono inscriptis isthucque exhibendis terminus 20-ae Novembris a. curr. hisce praefigitur. Strigonii die 12. Octobris 1859.

**Nr. 3999.**

Statio Docentis  
in Csesztve va-  
cans publicatur.

Terminus Concursus pro hac labii slavici et hungarici Docentis una Cantoris statione in 24-am Nov. a. curr. hisce defigitur. Emolumenta eius sunt: 11½ iugera agrorum: ¾ iugeri canabetum; ¼ iugeri cauletum; pratium unius falcastris, quae omnia parochiani cultivant; ius pascuationis cum Communitate; 15. incirca metr. pos. siliginis, nec non 10. flni 50. xri val. austr. titulo lecticalis; 24. flni a Dominio; 8. flni 59. xri e fundo Religionis et studiorum; titulo didactri incirca 34. flni; a scholaribus dominicalibus incirca 3. flni; titulo stolae incirca 5. flni; ex offertoriis quinque quarta pars; orgiae lignorum 2½ a Dominio, fere totidem pro calefactione scholae. Habitaculum cubili uno, culina, camera, stabulo absolvitur; domui scholari hortus 200. org. quad. adiacet. Recursus Metropolitanus meo Capitulo Strigoniensi inscripti, usque praeindicatum diem VADiacono et Parocho Vadkertensi Emerico Mészáros exhibeantur. Strigonii die 14-a Octobris 1859.

**Nr. 3906.  
3908.**

Sacerdotum quo-  
rumpiam obitus.

Antonii Comitris Berényi, condam Praepositi Curati Vág-Ujhelyensis, subin- pensionati Sacerdotis animam, quam ipse post suscepta moribundorum sacramenta Creatori suo die 1-a curr. m. anno aetatis 64. Tirnaviae pie reddidit, animam item Michäelis Tombor, Administratoris Parochiae Fajkürt, die 2-a — porro Josephi Csejtey VADiaconi Distr. Szalkäensis, Parochi Kemenczensis, Sacerdotis iubilaris, die 7-a curr. m. susceptis morib. sacramentis pie denati, piis Vestris suffragiis commendo. Pro vacante taliter Beneficio Kemenczensi et Fajkürtensi recursus usque 10-am Novembris a. curr. mihi exhibendi erunt, Strigonii die 9-a Octobris 1859.

benevolus

Joannuelard Helysz


## Venerabili Clero Archi-Dioecesis Nostrae Strigoniensis Salutem in Domino et paternam Benedictionem!

Nr. 3585.

Scholarum element. visitatio inculcatur.

Quo finis scholarum elementarium certius obtineatur, sedulo easdem a scholarum Inspectoribus visitari oportet. Visitatio idmodi, occasione publici cum prolibus examinis in praesentia factorum scholae praesuscepta, amplum praebet Inspectoribus campum defectibus scholaribus occurrendi, Communitatem pro exhibendo scholis suis debito favore lucrandi, Docenti denique et scholari iuventuti obligationes suas ob oculos sistendi; ut adeo momentum visitationum harum paulisper consideranti clare in oculos incidat. Hinc est, quod iam „systema scholarum elementarium“ §. 47-o Inspectoribus scholarum obligationem iniunxerit, singulam Districtus sui scholam saltem semel per annum investigandi; quodipsum „politica scholarum coordinatio“ quoque §. 399-o cum eo inculcat, ut visitatio haec facilitationis gratia cum illa VADiaconali simul et ad semel praesuscripiatur. Obligationis hujus „provisoria etiam pro scholarum Inspectoribus instructio“ §. 11-o meminit, addendo et id, quod annua haec visitatio, cum publico examine coniungenda ad, statum singulae scholae debite cognoscendum, impedimenta removenda, plana et proiecta scopo conformia succollanda, Docentum et scholarium industriam acuendam, institutionem denique ac religiositatem nec non moralitatem omnimode promovendam plurimum sane conferat. Quare occasione hac advertere oportebit visitantem: a) qua cum diligentia et qualificatione catechetica institutio prolibus impertiatur? quae sit Docentis et subsidiariorum eius moralis conversatio? erga superiores et alios observantia? in docendo idoneitas et exactitudo? quod item prolium tractamentum? perfectionis studium? b) quae scholarium in frequentando industria, in moribus et literis progressus, cultura corporalis, mundities? c) quae in parentibus ad excolendas proles cooperatio? quod apud illos scholasticae institutionis momentum et aestimum? qui praetextus vel realia impedimenta mittendarum ad scholas prolium? quomodo his medendum, illis occurrendum? quae illorum erga Docentes observantia? in dependendo didactro aliisque praestationibus promptitudo? d) quae aedificii scholaris conformatio? quoad requisitam instructionem et calefactionem provisio? e) quis Curati, ceu localis scholae Inspectoris, in promovenda re scholari zelus? num discretus erga Docentes et discentes rigor? quae eiusdem in removendis quibusvis impedimentis, defectibus item scholaribus tollendis, ac cultura Docentum promovenda industria? f) Quod scholae Curatoris in eadem visitanda, frequentatione scholae, religiositate et moralitate prolium promovenda, praestationibus Docenti rite pendendis, defectibusque occurrentibus Curato insinuandis studium? qualis denique g) a superioritate locali in adurgenda scholae frequentatione, parentibus, si in mittendis ad scholam prolibus desides essent, coercendis, in Docentis iuribus propugnandis, praestationibusque eiusdem rite immanuandis navata opera? Quae omnia cum causis et effectibus, occurrentibus item gravaminibus, factis proiectis, tractatumque conclusis, sive officiosae notitiae, sive ulterioris in agendo directionis causa Inspectorem scholarum scripto notare iuvabit.

Quamvis vero operosum hoc visitandi munus scholarum Inspectores vel ex officii sui ratione summa cum exactitudine obire oporteat: quo tamen fatigia eorundem hoc scopo praesuscepta aliquantulam saltem retributionem prosperent, expensasque nefors occurrentes ipsi perstringere valeant, Sua Maiestas Sacratissima, vigore Rescripti ministerialis sub 4-a Augusti a curr. Nris <sup>14037/914</sup> clementer resolvere dignata est: ut, proiecto abs me sub 28-a Nov. 1855 Nr. 4977 facto conformiter, scholarum Inspectores titulo annuae, si fieri poterit, cum illa Parochiarum coniungendae, visitationis omnium scholarum extra domicilium suum sitarum, a singula earundem 3. flnos val. austr. — nisi localis quipiam fundus scholaris praexisteret — e cassa concernentis Ecclesiae, ad casum autem insufficientiae earum e Fundo studiorum percipiant, vecturas vero Communitates ipsae praestare, vel bonificare teneantur; alioquin enim scholae populares fines Ecclesiae ut plurimum promovent; Communitates vero e scholis bene ordinatis prima et praecipua emolumenta capiunt; ut adeo et has et illam ad efflorescentiam scholae sibi fructificantis vires suas conferre necessum sit.





90

## Venerabili Clero Archi-Dioecesis Nostrae Strigoniensis Salutem in Domino et paternam Benedictionem!

**Nr. 5127.**  
Pro statione Docentis et Cantoris labii slavici in filiali hac ad Thaszár Docendi munus in Kiszfalud vacans. possessione vacante Concursum in 31-am affuturi mensis Januarii praesentibus defigo. Emolumenta eiusdem, ope fassionis scholaris recenter adsecurata, consistunt in 60. flnis val. austr. e cassa Communitatis dependendis; a singula prole scholam frequentante, quarum numerus ad 40. excurrit, obvenit 1 flnus 5. xri val. austr. item  $\frac{1}{2}$ . metr. pos. tritici et hordei. Pro calefactione scholae administrabit Communitas 4. orgias lignorum. Titulo lateralium functionum 13. manipuli tritici et 24. manipuli siliginis praestantur. Per commassationem terreni iam ad cursum positam Docenti competens portio obtinget. Recursus Can. hon. VADno et Parocho in S. Benedicto Josepho Valentovich inscribantur et exhibeantur. Strigoniidie 20-a Decembris 1859.

**Nr. 5144.**  
Eduardus Skvor origine Tapsonyensis (Comit. Sümegh.) aetatis annorum 38. catholicus, uxoratus, postremo Docens una Notarius Communitatis in Csömör, unius anni carceri ob commissam maleversationem mancipatus, et in sequelam huius ope determinationis c. r. sectionis Locumtenentialis Budensis ddo 9-ae Nov. a. curr. Nr. 31340. pro instituenda publice et privatim iuventute inhabilis declaratus est. Quodipsum Vobis nexu Resolutionis ministerialis sub 28-a Nov. a. eiusdem Nr. 17919. editae, mihi Rescripto c. r. sectionis Locumtenentialis Poseniensis ddo 17-ae curr. Nr. 29614. innotescens, sine insertionis ad protocollum scholare eo addito significo, quod memoratum Individuum, ubi poena solutum fuerit, muneri institutionis admoveri haud amplius possit. Strigonii die 23-a Decembris 1859.

**Nr. 5148.**  
Pro Docentis et Cantoris nec non pure Docentis gemina labii hungarico-germanici statione Samariae vacante, terminus Concursus in 31-am Januarii anni ingruentis hisce defigitur. In oppido Samaria duae Doc. stationes vacant.

Stationis primo memoratae reditus sunt: ab oppidana Communitate 500. fl. val. austr. fructus agri 4. metr. pos. nec non horti  $\frac{1}{4}$ . iugeri. Titulo lecticalis 14. metr. pos siliginis et 21. fl. val austr. a fidelibus filialistis. E cassa Ecclesiae 21. fl. v. a. totidem e fundatione; titulo stolae incirca 60. flni val. austr. titulo offertorii 5. flni v. a. Lignorum focalium orgias sex Communitas suppeditat. Habitaculum tribus cubilibus, culina, cellario et area absolvitur.

Stationis alterius, utpote pure Docentis emolumenta 500. flnis val. austr lignorum focalium orgias sex; 21. flno v. a. e fundatione, agro 4. metr. pos. horto  $\frac{1}{4}$ . iugeri, quarterio item e duobus cubilibus, culina et dispensa constante absolvuntur.

Recursus, testimoniis etiam de sufficiente cantus et musicae choralis cognitione debite instruendi, Magistratui catholico oppidano inscribantur et VADiacono Districtus cognominis Andreae Kollárik, Parocho in Csötörtök praeindicata Concursus die personaliter exhibeantur. Quodipsum Docentibus subdocentibusque Vestris congrue notificetis, Strigonii die 23-a Decembris 1859.

**Nr. 5182.**  
Nexu ministerialium ddo 4-ae Decembris 1856. Nris <sup>14592/935.</sup> editorum et Consignatio librorum pro pauperibus scholaribus cath. expetitur. sub 5-a Januarii 1857. abs c. r. sectione Locumtenentiali Poseniensi publicatorum ordinum, specificatio et numerus libellorum pro pauperibus scholaribus requisitorum mense Januario singuli anni, pro anno futuro scholastico, a Curatis adornanda et Inspectoribus scholarum exhibenda est, qui summarium conspectum eorundem cum expresso prolium scholas frequentantium numero, nexu circularium ordinum sub 10-a Maii a. curr. Nr. 2105. horsum fine promotionis substernunt. Quo igitur exhibitio tabellarum harum tempestive fiat, Curatos quidem ad specificam librorum horum consignationem VADiaconis exhibendam, hos vero ad summarium conspectum eorum connecinnandum, moxque horsum praesentandum eo addito provoco, quod ratione librorum pro iudaicis prolibus requisitorum, utpote dioecesanum hoc Officium nullate-

nus attinentium, nec tabellarem exhibitionem, nec distributionem exposit in me assumpturus sim, prout idipsum altiori Loco sub 14-a Martii 1857. Nr. 1172. remonstravi, et sub hodierno reitro. Quare specificationem librorum idmodi, si talem benevole adornaretis, scholarum Inspectores c. r. politicae Jurisdictioni fine promotionis exhibeant. Strigonii die 26-a Decembris 1859.

**Nr. 5193.**

Statio Docentis in  
Darnó vacans  
publicatur.

Pro statione Docentis et Cantoris labii hungarici in Darnó per recessum veterani eiatis Docentis, laudabili prorsus Communitatis opera pensione provisi, in vacantiam recedente Concursus in 30-am Januarii anni ingruentis hisce defigitur. Emolumenta eiusdem ope fassionis scholaris stabilita consistunt in 13. iugeris agrorum urbarialium, in 122. fnis 99. xris titulo institutionis a parte Communitatum Darnó et Zseli pendendis; in 34<sup>3</sup>/<sub>s</sub>. metr. mixti 18. fnis 37<sup>1</sup>/<sub>2</sub>. xris item 100. fascibus virgultorum titulo lecticalis; stola infert incirca 17. fnos. in val. austr. Pro calefactione scholae ligna Communitates suppeditant. Aedificium scholare commodum est. Recursus debite instructi surr. VADiacono Hedervárensi Sigismundo Peőez, Parocho in Zámoly inscribantur et ad praeindicatum terminum exhibeantur. Strigonii die 27-a Decembris 1859.

benevolus

*Joannuelard H. Eger*



exhiberi, gravamina in re scholari, opera item ad ea tollenda impensa ob oculos sisti; tabellaris relatio de cultura, apum, scholis arborum et dominicalibus, et quidem singulae in uno exemplari praestari debent. Docentum quoque et subdocentum consignatio, nec non numerus scholarium cum initio ingruentis anni scholastici praeeexistens, pro usu schematismi ad annum futurum typis procudendi, eadem hac occasione exhibeatur. Responsa ad rubricas in tabella Visitationis VADiaconalis contentas Docentes scholasque attinentia, uti et observationes intuitu necessariae aedificationis aut restorationis aedium scholarium, rubricis Tabellae A) suo loco inferantur, prolixiore, ubi opus foret, remonstratione dilucidandae. Terminos periodicarum harum, uti et reliquarum officiosarum relationum, qui adusque ad calcem schematismi exhibebantur, quo certius in oculos incidant et exactius observentur, deinceps Directorio Officii divini suis locis inserendos disposui, iamque eidem prelum mox deserturo ad finem mensium effectivei inserti sunt ita, ut, quid proximo mense exhibendum sit, clare innuant.

Reflectendum adhuc habeo, quod testibus Protocollis adusque exhibitis, Congregationes Docentum pluribus in Districtibus asservatae sint, quin terminus et locus earundem horum iuxta praescriptum insinuatus fuerit; quare observantiam altiorum, abs me identidem publicatorum in hoc merito ordinum majorem in modum Vobis hisce inculco. Relationem denique de profectu in Doctrina Religionis nuper deponam, a parte Gymnasiorum: Pestinensis schol. piar. Schemniciensis et Comaromiensis, scholae item realis Budensis, a Commissariis dioecesanis adurgendam, ultro opperor. Strigonii die 9-ta Septembris 1859.

Nr. {3617.  
3618.

Jankó Alex. et  
Spribila Aloysii  
obitus insinuat.

Alexandrum Jankó, emer. Parochum Nádszeghiensem, in annum sextum Jubilarem Sacerdotem die 26-a m. praet. in Nagy-Salló a. aetatis 81. e marasmo senili; Aloysium item Spribila Parochum Pecsencicensem die 11-a curr. anno aetatis 62. post pie suscepta moribundorum Sacramenta in Domino obiisse Vobis insinuando animas fratrum Vestrorum solitis suffragiis commendo. Qui pro vacante taliter beneficio Pecsencicensi recurrere cuperent, supplices suos V. Capitulo Neosoliensi inscriptos usque 15-am affuturi mensis Octobris mihi exhibeant. Strigonii die 20-a Septembris 1859.

benevolus

*Joannuelard Hystm*

# Venerabili Clero Archi-Dioecesis Nostrae Strigoniensis Salutem in Domino et paternam Benedictionem!

**C. R. L. Sectio Budensis** ope Rescripti ddo 25-ae mensis praet. Nr. 24460. emanati insinuat mihi terminum asservandi examinis habilitationis Docentum in Praeparandiae Instituto Strigoniensi in diem 25. 26. et 27. affuturi mensis Octobris defixum esse; — 25-a scripturisticum, 26-a vero et 27-a orale examen asservabitur. Hoc Docentibus subdocentibusque Vestris cum eo notificetis: quod in posterum tali examine nondum probati Docentes nullibi adplicationem accepturi sint. Strigonii die 3-ia Septembris 1859.

**Nr. 3492.**

Strigonii examen habilitationis asservabitur.

Ad effectum Decisi Concilii Provincialis Strigoniensis id sancientis: ut quoad matrimonia, quae inter Catholicos et A catholicos contrahuntur, in impedimento mixtae religionis dispensatio a Sancta Sede Apostolica impetretur, posteaquam ob frequentiam huiusmodi matrimoniorum in singulo casu ad Sanctam Sedem Apostolicam pro simili dispensatione recurrere impracticabile foret, supplex factus sum Suae Sanctitati Summo Pontifici: ut mihi facultatem in praememorato impedimento nomine et auctoritate Sanctae Sedis Apostolicae dispensandi benigne largiri dignetur.

**Nr. 3522.**

Circa mixta Matrimonia instructio datur.

Sua Sanctitas clementer annuit idgenus precibus meis, vigoreque Rescripti Apostolici, sub 24-a Julii anni cur. emanati, me petita dispensandi facultate ad triennium pro casibus urgentioribus, et in quibus praescriptis ab Ecclesia conditionibus, ac praesertim de amovendo a coniuge catholico perversionis periculo, de conversione acatholici coniugis ab ipso pro viribus curanda, et de universa prole utriusque sexus in catholicae religionis sanctitate omnino educanda satisfit, benigne instruere dignata est, faciendo mihi una potestatem, ut facultatem hanc subdelegare quoque possim; quam etiam ambobus meis Vicariis Generalibus Strigoniensi et Tirnaviensi hisce subdelego. In futurum itaque in omni casu ineundi mixti connubii ad me et respective Vicarium meum recurrendum erit, adferendo motiva, quae tale connubium svaderent.

E dictis apparet: questionatae dispensationi non nisi in illis casibus mixtorum matrimoniorum locum esse: quando educatio omnium prolium in Religione Catholica sive vi legis sive vi Reversalium in tuto posita, casusque urgentior est, moram pro dispensatione Sanctam Sedem adeundi excludens: quae proin circumstantia in formandis per Curatos recursibus pariter diserte exponi debet.

E contra in casibus, in quibus nimirum praerecensitis conditionibus non satisfit, dispensatio nec peti nec dari potest; verum talia mixta matrimonia manent semper illicita, utut, si ineantur iuxta praevigentes legales normas — quibus proin ultro inhaerendum erit — pro validis haberi debeant. Strigonii die 31-a Augusti 1859.

Scholae capitales altiore scholarum elementarium classem constituunt, unde relatio tabellaris quoque, ministerialibus ddo 4-ae Junii 1855. Nr. 8249. editis ordinibus conformiter, distinctim de iisdem exhiberi debet. Terminus relationis huius iuxta communicatas rubricas concinnandae, in mensem Octobrem, utpote quo institutiones scholasticae initium sumunt, defixus est. Haec proinde relatio ad praedicatum terminum in duplici exemplari, quorum unum c. r. publicae institutionis Ministerio transponendum, alterum usibus concernentis c. r. Locumtenentialis Officii relinquendum disponitur; a dictarum scholarum Directoribus vel dirigentibus Docentibus adparanda erit ita, ut rubrica observationum quoque, iuxta in viationem praevio ministeriali Rescripto comprehensam, exacte compleatur. Formularia tabellarum pro hoc usu praescriptarum c. r. Locumtenentialis sectio Poseniensis, quam intuitu suppeditandorum tabellae exemplarium nuper interpellavi, in omni c. r. bibliopolio erga pretium 5. xrorum val. austr. venalia esse indigitavit. Id quod pro congrua notitia scholarium Inspectorum, in quorum Districtu scholae idmodi capitales reperiuntur, hisce annuncio.

**Nr. 3543.**

Relationes scholarum exhibendae imminet.

Sed vero, quantum ad scholares relationes, Novembris etiam terminus adpropinquat, utpote quo status scholarum elementarium ope Tabellae A) adumbratus



92

## Venerabili Clero Archi-Dioecesis Nostrae Strigoniensis Salutem in Domino et paternam Benedictionem!

**Excelsum** publicae institutionis Ministerium, ope Resolutionis sub 20-a Sept. a. curr. Nr. 14262 editae, librum scholarem sub titulo: „Olvasókönyv az austriai birodalombeli katholikus fő-elemi és városi iskolák számára a negyedik osztályban“ in c. r. bibliopolio Viennae, erga pretium 36 xror. val. austr. venalem prostare insinuat; qui, cum lectorii libelli germanici, Rescripto ministeriali ddo 13-ae Sept. 1858. Nr 15713. praescripti versionem, in nonnullis diductam et meo etiam suffragio provisam contineat, nexu Rescripti c. r. sectionis Locumtenentialis Poseniensis sub 9-a curr. Nr. 23947 horsum directi, currente jam anno scholastico, ad quartam scholarum capitalium et civicarum classem induendus erit. Strigonii die 16-a Octobris 1859.

**Nr. 4037.**

Liber scholaris praescribitur.

Concursus pro hac statione, cum qua salarium 210 florum val. austr. e redditibus Civitatis percipiendum, duae lignorum orgiae, liberumque in domo scholarii hospitium, uno cubili et camera constans conjunctum est, a c. r. sectione Consilii Locumtenentialis Poseniensis sub 8-a curr. Nr. 23396. in ultimam mensis Novembris a. curr. diem defixus praesentibus publicatur. Recursus eidem Dicasterio inscribendi, literis baptismalibus, testimonio habilitatis pro scholis capitalibus, super moralitate item servitiisque adusque in sphaera docendi praestitis, perfecta denique linguarum institutionis, utpote: germanica, hungarica et slavica cognitione instruendi et Praeposito, VADiacono, ac Parocho Tirnaviensi Georgio Schnell ad praeindicatum terminum exhibendi erunt, Communitati civicae fine praesentandi Individui abs eodem communicandi, deinceps horsum cum designatione huius Individui transponendi. Strigonii die 17-a Octobris 1859.

**Nr. 4040.**

Subdocentis in schola norm. Tirnaviae statio vacans est.

Vigore Resolutionis ministerialis sub 12-a Sept. a. curr. Nr. 13712. editae, horsumque ddo 1-ae curr. Nr. 23263. a c. r. sectione Locumtenentiali Poseniensi significatae, adprobatus hic Docens Vienna oriundus, in Grosspertholecz domicilians, aetatis annorum 29. rom. catholicus, e capite furti et maleversationis gravi 5 mensium carceri mancipatus et ad munus docendi tam privatim quam publice exercendum pro inhabili declaratus est. Id quod fine arcendi a docendo, ubi libertati assertum fuerit, dicti Individui, protocollo scholari extractive, cum facta ad datum et numerum horum ordinum diserta provocatione, rite inserendum hisce disponitur. Strigonii die 17-a Octobris 1859.

**Nr. 4043.**

Artner Aloys. ad docendum inhabilis redditus.

Emolumenta stationis Docentis una Cantoris labii hungarici in Bajna, Comit. Strigon. pro qua Concursus in 24-am affuturi mensis Novembris hisce defigitur, huc redeunt: una sessio colonialis commassata, ex 30. iugeris constans et per Communitatem cultivata; ius ad 7. ingera pascui, 1/2 ingerum canabeti cum cauleto; incirca 70. metr. pos. mixti titulo lecticalis; 6. metr. pos. e mola; 2 1/2 metr. tritici pro pinsendis hostiis; incirca 13. fni Mon. Conv. titulo stolae; 12. orgiae lignorum a Dominio; 15. fni M. C. a Communitate et 5. fni pro diversis. Habitaculum tribus cubilibus, area trituratoria et hortulo postdomali absolvitur. Recursus debite instructi Comiti Mauritio Sándor inscribantur, surr. Districtus Bajóthensis VADiacono Rudolpho Simonyi exhibeantur, recurrentes vero in facie loci die Concursus personaliter se sistant. Id quod Docentibus, subdocentibusque Vestris congrue notificetis. Strigonii die 22-a Octobris 1859.

**Nr. 4138.**

Concursus pro Docentis in Bajna statione.

Seriem scholarium, ob diversos reatus e literariis Institutis ab Excelso cultus Ministerio exclusorum, c. r. sectio Locumtenentialis Consilii Budensis sub 29-a Septembris a. curr. Nr. 26520. horsum notificavit. Sunt autem sequentes:

**Nr. 4145.**

Iuvenes e scholis exclusi.

Ex omnibus Monarchiae scholis exclusi:

	alumnus	I.	classis	in	Gymnasio	
Berler Marcus,		I.				Ingatinensi;
Burzynoky Ludovicus,	"	II.	"	"	"	Leopoliensi;
Kranz Ferdinandus,	"	II.	"	"	"	Samborensi;
Münnich Marianus,	"	II.	"	"	"	Leopoliensi;
Potelicki Vladimirus,	"	III.	"	"	"	Stanislavensi.

A scholis realibus arcentur:

Cservenyan Joannes,	alumnus Gymnasii	— — —	Nitriensis;
Kolmanitsch Josephus,	" V. classis in Gymnasio	—	Marburgensi;
Koltscharsch Leopoldus,	" III. " " "	—	Teschinensi;
Machan Cajetanus,	alumnus Gymnasii	— -- —	Clagenfurtensis;
Pollak Josephus,	" I. classis scholae realis in		Hradisch;
Thimot N.	" V. " in Gymnasio	—	Temesvarinensi;
Tichy Venceslaus,	" I. " " "	—	Reginohradeciensi;

Ad Gymnasia suscipi nequeunt:

Danitocun Alexander,  
Ravszki Erasmus et } Praeparandiae alumni.  
Rudenszky Antonius, }

E Praeparandiis excluduntur:

Jacsovsky Felicianus,  
Koroszevicz Constantinus,  
Niemics Antonius, } alumni II. cl. in Gymn. Leopoliensi.  
Pozakovszky Hieronymus,  
Recsinszky Carolus, }

Cognomina haec pro insertione ad protocollum scholare, scopo eo, ut in sensu circularium ordinum sub 6-a Martii a. curr. Nr. 1197. abhinc dimissorum, occasione susceptionis alumnorum ad scholas, cognomina competentium cum nunc memoratis conferantur, Vobiscum communico. Strigonii die 23-a Octobris 1859.

**Nr. 4052.**

Joann. Veress  
obiit.

Joannis Veress, Parochi Kőhidgyarmatensis, 15-a curr. post suscepta prae-  
vie moribundorum sacramenta, e hydrope, anno aetatis suae 62. demortui animam  
solitis piis suffragiis devovendo, simul pro exhibendis ad effectum obtinendi taliter  
canonice vacantis Beneficii Kőhidgyarmatensis recursibus terminum, usque 30-mam  
proxime affuturi mensis Novembris diem duraturum, hisce praestituo. Strigonii die 18-a  
Octobris 1859.

benevolus

*Joannuelard H. E. H. H.*

93

## Venerabili Clero Archi-Dioecesis Nostrae Strigoniensis Salutem in Domino et paternam Benedictionem!

C. R. Locumt. Consilii sectio Budensis ope Rescripti dd. 28-æ Novembris anni praet. sub Nr. 24206. mecum communicati significat: fasciculos Codicis legum (Reichs-Gesetzblatt) in completis exemplaribus, omnes omnino phylas inde ab Anno 1850. editas in se complectentibus, via novi ad Officium dioecesanum expediendos esse, petitque fasciculos hos ad VADnos districtuales ultro promoveri. Percipietis itaque curr. hoc anno fasciculos hos e Cancellaria mea ecclesiastica. Expeditio tamen nonnisi per partes fieri poterit. Ubi unius anni cursus completus Buda submissus fuerit, abhinc extemplo ad Vos transponetur. His diebus expeditur cursus a. 1859. — VADiaconi fasciculos hos via circulationis ad notitiam condistrictualium fratrum suorum perferent. — Districtus Vicarialis Tirnaviensis VADiaconi in posterum fasciculos hos pariter percipient et quidem medio Cancellariae Officii Vicarialis Tirnaviensis. Strigonii die 17-a Februarii 1859.

**Nr. 869.**

Reichs-Gesetzblatt via novi dimittitur.

Rescripto Caes. Regii Locumtenentialis sectionis Budensis dd. 12-ae Februarii anni curr. Nr. 3254. emanato intimatur: super nativitate prolium per subditos Magni Ducatus Badensis in patria nostra progengeratarum, extractus matriculares loco altiori submitteudos esse; ut adeo non tantum super casibus mortis subditorum M. Ducatus Badensis in patria nostra interventae (vide Circular. dd. 2-ae Februarii A. 1858. Nr. 576.): sed et super nativitate prolium tam legitimarum quam illegitimarum, per eosdem subditos Badenses isthic progengeratarum, extractus matriculares per Curatores animarum in forma authentica expediri et via Ordinariatus Loco altiori submitti debeant. Strigonii die 23-a Februarii 1859.

**Nr. 1024.**

Badensis M. Ducatus subditorum de prolibus matriculares extractus exhibendi.

Pro stationibus Docentum una Cantorum in Comitatu Neográdensi, signanter in Felső-Esztergál, filiali ad Parochiam Alsó-Esztergál labii slavici; in filiali Szklabonyaensi Kis-Ujfalu slavico-hungarici, item in Zahora filiali ad Zsély labii peraeque slavici, Concursus anno iam elapso indictus praesentibus republicatur, atque in 7-am Aprilis a. curr. defigitur. Emolumenta cum stationibus his coniuncta Circularibus literis, sub 12-a Martii a. pr. N. 1124 abhinc dimissis recensentur, ubi una indicatur, quonam recursus ad praefixum terminum exhibendi sint. Strigonii die 25-a Februarii 1859.

**Nr. 1053.**

In Felső-Esztergál, Kis-Ujfalu et Zahora stationes Docentum vacant.

Cum 1-a Maii anni curr., per recessum concernentium Beneficiatorum ad statum quietis, canonicè vacabunt Beneficia sequentia:

**Nr. 1070.**

Beneficia vacantia publicantur.

Sasvárense, patronatui Augustissimae Familiae C. R.;

Albárense, patronatui Fundi Religionis;

Nagyendrédense } liberae Ordinarii collationi obnoxia.  
Fölsővásárdense }

Qui pro iis concurrere volent, recursus suos usque finem affuturi mensis Martii isthuc substernant. Strigonii die 27-a Februarii 1859.

Emericus Kolmann hungarus, origine S. Joannensis, annorum aetatis 33. catholicus, uxoratus, postremo Docens in possessione Humenez, ad Laksárujfalu filiali, ob crimen furti, carceri sexheptomadali mancipatus, tenore Rescripti c. r. sectionis Locumtenentialis Posoniensis sub 23-a curr. Nr. 3578. ad me directi ad docendum inhabilis declaratus est; id quod fine arcendi ab institutione prolibus sive publice, sive privatim impertienda dicti Individui, Protocollo scholari debite inserendum hisce disponitur. Strigonii die 28-a Februarii 1859.

**Nr. 1074.**

Kolmann Emericus a doctura arcetur.

Pro vacante in Csév, Comitatu Strigoniensi, Docentis una organoedi labii slavici statione Concursus in 12-am Aprilis a. curr. defigitur. Proventus eiusdem sunt: 30. fni MC. item 24. metr. pos. siliginis a Communitate; duo currus foeni; 50. incirca fl. MC. titulo didactri; 15. incirca fni MC. titulo stolae; 8. iugera terrae arabilis per

**Nr. 1076.**

Csévensis Docentis et Cantoris statio publicatur.

Communitatem cultivata, quibus post pascui segregationem, iam sub pertractatione officiosa constitutam, totidem iugera accedent. Denique a parte Domini Capitularis 12. orgiae ligni focalis. Hospitium Docentis duobus cubilibus, culina, camera, stabulo, item duobus cellariis absolvitur, domuique hortus sat capax adiacet.

Recursus suis requisitis instructi Metropolitano meo Capitulo Strigoniensi inscribendi et Districtus Strigoniensis VADiacono Martino Miskolczy, Parocho Civitatis cognominis ad S. Ignatium, ad dictum terminum exhibendi erunt. Id quod Docentibus subdocentibusque Vestris congrue notificetis. Strigonii die 1-a Martii 1859.

**Nr. 1116.**

De Docentibus  
una Notariis,  
scholarumque  
Curatoribus re-  
latio petitur.

Ut requisitioni c. r. sectionis Locumtenentialis Posoniensis, nexu officiosae meae de statu scholarum remonstrationis, sub 22-a Febr. a. curr. N. <sup>4043/665</sup>. ad me directae quo celerius satisfaciam, VADiaconis Districtuum intra ambitum dictae Locumtenentiae constitutorum hisce committo: ut accurratam consignationem locorum, in quibus munus Notarii Communitatis cum officio Docentis adusque coniunctum existit; uti et relationem adaequatam de eo: num in Districtibus curae ipsorum creditis, ad exigentiam Altiorum Ordinum, locales scholarum Curatores iuxta praescriptum eligi, a parte c. r. Jurisdictionis Comitatus confirmari, decretoque adplicationis nec non instructione provideri hucdum consueverint? quo fieri potest ocyus, inomisse vero usque 20-am curr. mensis Officio meo dioecesano exhibere satagant. Strigonii die 2-a Martii 1859.

benevolus

*Joannuelard Hystm*





94

# Venerabili Clero Archi-Dioecesis Nostrae Strigoniensis Salutem in Domino et paternam Benedictionem!

Nr. 1441.

Scholarum frequentatio adurgetur.

**E** protocollis congregationum cum Docentibus per totam, qua late patet, ADioecesim meam anno proxime elapso asservatarum non minus, quam e statu scholarum elementarium ope Tabellarum A) pro dicto anno exhibito haud obscure perspexi, ratione debitae scholarum frequentationis semper adhuc permultum desiderari. Utut vero plane non ignorem multiplicia illa impedimenta, quae negotium isthoc scholare multum sane remorantur: intermittere attamen haud possum attentionem Vestram ad momentosam illam muneris pastoralis partem, quae de parvulis fine capiendae debitae institutionis ad scholas cogendis agit, convertere, potenter ad hoc urgente temporis aestivi brevi imminentis ratione, quo, ob cessantem pene ubique ruri ordinatam institutionem, scholares labores hyberni passim infructuosi evadunt, vel saltem intellectualis nec non religioso-moralis scholarium cultura gravi cum detrimento interrumpitur, quam tamen debite continuata et mane saltem per unam alteramque horulam impertienda institutio, quin domesticis etiam occupationibus vel minimum desint, mirum in modum promoveret.

Primae, eaeque praecipuae in hoc agendorum genere partes Vobis incumbunt Curiones sacri! utpote quibus nova fidelium progenies Deo placens et perfecta vel maxime cordi esse debet. Vestrum igitur erit debitam scholarum frequentationem omni meliore modo promovere, quemvis vero in hoc genere neglectum pro pastoralis Vestro munere congruentibus mediis impedire. Hunc igitur in finem fidelibus Vestris, nec non parentibus prolium omni data occasione, cum primis vero ad initium anni scholastici necessitatem et pretium institutionis scholaris ob oculos sistetis; frequentiori Vestra in scholis, uti et examinibus quo maiore cum solennitate asservandis praesentia amorem rei scholaris testabimini; prolium scholae capacium conscriptionem, penes accuratam cum Matrica baptisatorum collationem, annue tempore opportuno praesuscipietis; cognomina parentum in prolium suis ad scholam mittendis desiderum quavis hebdomade Vobis consignari facietis; incurios hos primum paterne, dein, si ultro reniterentur, districtius, cum denunciationis etiam interminatione officii reflectetis; tum denique, ubi conatus et monitiones Vestras in irritum cadere adverteritis, politicam assistentiam pro congrua medela implorabitis, atque, ubi culpabilis idmodi renitentia mulctanda foret, nec legalis idmodi punitio a Communitatis superiore sive intentaretur, sive effectuaretur, querelam ad e. r. Circulare Officium perferetis, de officiosae Vestrae interpositionis effectu ob quamcunque causam non secuto, dioecesanum hoc Officium, via concernentis scholarum Inspectoris, congrue edocturi.

Alter, isque perquam momentosus frequentationis scholarum promovendae factor sunt Docentes ipsi, utpote quorum soliditas et idonea institutio, blanda et suavis prolium tractatio, intemerata vitae ratio, in obeundis muneris partibus exactitudo et conscientiositas, in docendo zelus, debitus erga prolium parentes respectus, Curati localis Communitatisque aestimum, obtestationes denique suis locis opportune interpositae fiduciam parentum emerebuntur in tantum, ut hi quidem ad proles suas sedulo mittendas, illae vero ad scholas alacriter adeundas quam potentissime incitentur: ubi e contra inepta Docentum instituendi methodus, indignum prolium tractamentum etc. easdem necessario vel a limine scholae repellent. Quare perniciosi idmodi Docentes, si fieri potest, ad frugem reducendi, sin minus, vel ex ratione emolumenti publici praescriptis viis a docendo amovendi; solidi et muneri suo fideles e contra in officiorum suorum implemento omnimode succollandi, atque ad ultro in laudabili suo studio perseverandum congrue per Vos animandi erunt.

Sed nec sic dictis localibus scholarum Curatoribus, vices Communitatis hoc in merito obeuntibus, suae in promovenda scholarum frequentatione desunt partes, uti idipsum vel nomen hoc sat superque indicat. Instructio Loco Altiore pro iis praescripta solertem frequentationis scholarum adursionem primo inter obligationes ipsis incumbentes loco memorat, quem in finem prolium scholae capacium consignmentem, absentiumque connotationem conscientiose subsignare, scholas quo frequentius invisere, causam absentiae prolium scholarium investigare, parentes ratione prolium a scholis haud retrahendarum persuadere, renitentes cum scitu Vestro superiori Com-

munitatis denunciare tenentur. Ut adeo hos Curatores quoque auxiliarem Vobis in praevio negotio operam navare, Vos vero conamina ipsorum omnimode succollare et dirigere oporteat.

Relationem de Curatoribus his, nec non de munere Notarii quibus in locis officio Docentis iuncto? circularibus literis nuper de postam, nec adusque a parte quorundam Districtuum VADiaconalium submissam, semper adhuc operior. Strigonii die 21-a Martii 1859.

**Nr. 1443.**

Concursus pro  
statione Docentis  
scholae capitalis  
Bazini et Modrae  
publicatur.

C. r. sectio Locumtenentialis Consilii Poseniensis ope Rescripti sub 14-a curr. Nris <sup>5193/864</sup> ad me directi significat: scholas capitales trium adusque classium in lib. regia civitate Baziniensi et Modraensi a 1-a Octobris a. curr. quartae classis cursu augendas, ideoque uno adhuc Docente providendas esse. Hunc igitur in finem Concursum pro dictis duabus stationibus debite complendis usque ultimam Junii a. curr. annunciat.

Dotatio Docentis huius, cui una munus Directoris concedetur, Bazini consistit in annuis 367. flnis 50. xris val. austr.; habitatione libera vel 63. flnis val. aust. titulo eiusdem pendendis; 52. flnis 50. xris val. austr. titulo remunerationis pro functionis directoralibus; tribus lignorum focalium orgiis gratuito advehendis; tribus item urnis vini in natura.

Emolumenta vero stationis huius Modrae vacantis consistunt in annuis 420. flnis val. austr. aequae a Communitate civica pendendis, quarterio naturali vel 52. flnis 50. xris val. austr. titulo census; honorario denique pro fatigiis cum Directoris munere iunctis 105. flnos val. austr. efferente.

Concurrere volentes recursus suos, pro alterutra praedictarum stationum exarandos, c. r. sectioni Locumtenentiali Poseniensi inscribant, literis baptismalibus, testimonio habilitatis pro scholis capitalibus, moralitatis item nec non adplicationis, attestato denique super sufficiente linguae germanicae et slavicae cognitione instruant, atque scholarum Inspectori Districtus Baziniensis Stephano Szuchányi, Parocho Modraensi usque praestitutum terminum, pro praescripta officiosa pertractatione exhibeant. Id quod Docentibus subdocentibusque Vestris, pro subeundo idmodi Concursu debite qualificatis congrue notificetis. Strigonii die 22-a Martii 1859.

**Nr. 1490.**

Statio Docentis  
in Tesmag et Leszenye vacat.

Concursus pro vacante in Tesmag, filiali Parochiae Ipolyság, Docentis una Cantoris —, porro in Leszenye, ad Házasnénye filiali, Docentis (labii utrobique hungarici) statione in 28-am Aprilis a. curr. hisce defigitur.

Emolumenta prioris sunt: didactrum usque 65. flnos; 4 iugerorum ager, hortus, ius pascui; tres curus foeni a Communitate; 9. orgiae ligni focalis; stola ad 10. flnos, lecticale vero ad 48. metretas mixti assurgit.

Reditus posterioris sunt:  $3\frac{1}{2}$  iugera terrae arabilis, quibus per imminentem commassationem duo iugera accedent; 32. metr. pos. mixti titulo lecticalis; pratum unius falcastris; unus curus foeni a Communitate; 5. orgiae ligni focalis; duae urnae musti; incirca 60. flni titulo didactri et 10. titulo stolae. Ius denique liberae pascuationis. Hospitum cum omnibus accessoriis, hortus item  $\frac{1}{4}$  iugeri.

Recursus praescriptis requisitis instructi Districtus Drégelyensis VADiacono et loci cognominis Parocho Laurentio Gály inscribantur et ad praestitutum terminum exhibeantur. Strigonii die 24-a Martii 1859.

**Nr. {1508.  
1542.  
1557.**

Sacerd. vita  
functi.

Josephum Mally, emeritum Parochum Dévény-Ujfaluensem, die 20-a curr. anno aetatis suae 62. in sequelam ictus apoplectici repente; Josephum Istvánffy, Parochum in Dévény et Distr. Stomffaensis VADnum Ord. die 24-a anno aetatis 73. et Stephanum Mészáros Ord. VADiaconum Distr. N. Kosztolánensis, una Parochum in Vogyerád, die 25-a eiusd. anno aetatis 72. post pie suscepta moribundorum Sacramenta in Domino obiisse hisce significando, animas eorum piis Vestris suffragiis commendō. Strigonii die 30-a Martii 1859.

benevolus

*Joannuelard Hystm*

95

## Venerabili Clero Archi-Dioecesis Nostrae Strigoniensis Salutem in Domino et paternam Benedictionem!

Illmum ac Rssimum Josephum Viber, Cons. Eppum Halyensem, ad stal- lum Praepositi Poseniensis promotum esse, iam innotuit Vobis. Ut Ecclesiarum, quae Civitati Poseniensi propiores sunt, utilitati consulam, Eidem Eppo et Praeposito facultatem dedi functiones, quae Ordinem Eppalem deposcunt, exercendi, quin pro singulis casibus delegatione mea opus habeat. Quod pro Vestra directione praesentibus notum redditur. Una insinuo Vobis, me in sequelam huius translationis vacans redditum munus Vicarii mei Cathedralis et Causarum Auditoris Generalis sub hodierno Illmo ac Rssimo Michaeli Fekete de Galántha, El. Eppo Noviensi, E.M.S. Lectori et Canonico contulisse. Strigonii die 3-a Aprilis 1859.

**Nr. 1619.**

Nominatio Vicarii Cathedralis et Causarum Auditoris Generalis publicatur.

Quo Docentibus scholarum elementarium linguae slavicae vel germanico — slavicae actu adplicitis, habilitatisque testimoniis vel dispensatione ab examine habilitatis suppletorie subeundo dudum provisus campus praebeatur, novam institutionis methodum sibi propriam reddendi, sicque semet in munere suo perficiendi, c. r. sectio Consilii Locumtenentialis Poseniensis sub 23-a Martii a. curr. erga factam eatenus abhinc reflexionem, extraordinarium scholarem cursum in feriis autumnalibus, signanter a 22-a Augusti usque 24-am Septembris a. curr. duraturum, in c. r. Praeparandiae Instituto Tirviensi aperire decrevit, quo sic, praeterquam quod ante — et postmeridianis praelectionibus, practice magis quam theoretice asservandis gratuito interesse valeant, una publicis etiam tentaminibus, hac temporis intercapedine in dicta c. r. Praeparandia, nec non schola eiate capitali, alias normali vel paradigmatica (Musterhauptschule) praesuscipiendis intervenire possint.

**Nr. 1593.**

Cursus ferialis pro Docentibus annunciat.

Qui igitur perfectionis suae studio animati cursum hunc scholarem perficere intenderent, testimonio moralitatis a concernente Curato instructi, die 21-a Augusti coram dictae Praeparandiae Directione inscriptionis causa se sistant. Tempore hoc absentiae Docentis, sicubi supplens haud reperiretur, institutio scholaris domi suspenditur; in quantum vero necessitas cultus divini dominicis festisque diebus domi absolventi praesentiam idmodi Docentum, qui una organoedi sunt, deposceret, extraordinaria haec institutio pridie dierum dominicorum et festorum a meridie vacabit, quo semet ad servitii locum opportune recipere possint. Qui cursui huic scholari intervenient, testimonio super religioso — morali sua per tempus institutionis conversatione, et erga desiderium suum, de facto etiam in studiis profectu, ab antelata Praeparandiae Directione providebuntur. Praelectionibus similibus intra ambitum Locumtenentiae Soproniensis anno superiore asservatis, testibus pagellis publicis centeni Docentes interfuerunt, ut adeo fundatam habeam spem, beneficium hoc promovendae perfectionis intellectualis institutum Docentibus per Vos impense commendandum et numerose ab iisdem ad eundem fore. Strigonii die 2-a Aprilis 1859.

Illa facta est Loco altiore animadversio, quod nonnulli, signanter e Curatis Comitatus Poseniensis, semet in expediendis matricularibus extractibus pro parte eorum, qui a statutione pro militia immunitari cupiunt, difficiles exhibendo, aut vero tales minus adaequate expediendo, sicut respectivis Commissionibus in implemento officii, ita immunitari cupientibus in assequendo scopo impedimenta et incommoda causaverint.

**Nr. 1600.**

Extractus matriculares pro parte eorum, qui a statutione pro militia immunitari cupiunt, promte ac exacte expediendi.

Ad subtrahendam idmodi animadversionibus ansam, reflecto hisce concernentes illos Curatos, quos praevia animadversio ferit, ut in posterum hoc quoque ex obtutu se irreprehensibiles exhibere, atque quaestionatos extractus prompte ac exacte expedire contendant. Strigonii die 2-a Aprilis 1859.

**Nr. 1711.**

C. r. sectio Consilii Locumtenentialis Poseniensis sub 2-a curr. Nr. 7689. Examen pro Docentibus muliebribus publicatur. habilitatis examen pro muliebribus scholarum puellarum Magistris, quod intra biennium subeundum esse altiori Loco stabilitum, et sub 19-a Maii a. praet. Nr. 2089. abhinc annunciatum fuit, in c. r. Praeparandia Tirnaviensi 18-a Julii, in Zolnensi vero 9-a Augusti a. curr. asservandum disponit ita, ut magistrae etiam illae, quae institutionem in manualibus mulierum laboribus elargiuntur, e Doctrina Religionis, methodo item institutionis pertentandae sint. Magistrae igitur illae, quae examen hoc suppletorium prae-

dicto termino subeundi in statu sunt, indultum eatenus ope recursus debite instructi, c. r. sectioni Locumtenentiali Poseniensi inscribendi, horsumque fine promotionis in-  
misse usque ultimam mensis Maii a. curr. diem via Inspectorum scholarium exhibendi  
impetrare debent. Id quod fine edocendarum idmodi haud adprobatarum Magistrarum  
Vobis hisce notifico. Strigonii die 10-a Aprilis 1859.

**Nr. 1738.**

Liber praemialis  
commendatur.

Liber sub titulo: „Praemienbuch von hundert Naturbildern aus  
dem Vaterlande, von Jos. A. Moshhammer“ 60. iconibus refertus, Viennae erga  
pretium 60. et 80. xrorum monetae austr. venalis prostat, atque, ceu pro praemiis  
scholarium idiomatis germanici peracommodus, nexu Rescripti Locumtenentialis sub  
30-a Martii a. curr. N. 8950. editi, Superioribus scholarum impense commendatur. Stri-  
gonii die 11-a Aprilis 1859.

**Nr. 1742.**

Quipiam a docen-  
do arcetur.

Gyarmathy Stephanum, Praeparandiae alumnum, origine Gyergyó-Csoma-  
falvaensem in Transsilvania, 25. annos natum, rom. catholicum, coelibem, ob crimen furti  
gravi carceri mancipatum, ideoque ad munus docendi publicum et privatum inhabilem  
declaratum esse, nexu Rescripti sectionis Locumtenentialis Poseniensis ddo 29-ae Martii  
a. curr. Nris <sup>6003</sup>/<sub>1006</sub>. horsum directi, fine annotationis in libro scholari faciendae hisce  
annunciatur. Strigonii die 12-a Aprilis 1859.

**Nr. 1789.**

Sacerdotes ad  
hospitalia milita-  
ria deprecantur.

Excelsum cultus Ministerium ddo 14-ae curr. Nr. 5964. item ddo 15-ae  
pariter curr. Nr. 6047. edocet me, Suam Maiestatem Sacratissimam Veronae, Vene-  
tiis, Mantuae, Graecii, Viennae, Pragae, Olomucii, porro Mediolani, Tergesti, Labaci et  
Zagrabiae hospitalia castrensia erexisse, quorum spiritualis provisio quo ocyorem pres-  
byterorum dispositionem deponit. In horum nexu Rssinus Vicariatus Apostolicus Ca-  
strensis ddo 16-ae curr. Nr. 399. provocat me, ut individua pro illa cura spirituali  
qualificata nominatenus ipsi quo ocyus designem; inter caetera lingvam germanicam,  
slavicam, hungaricam, et quantum fieri potest, alias etiam in Imperio usitatas lingvas  
calleant. Preter gratuitum hospitium, salarium talibus 500. fl. titulo vestitus iterum 125.  
fl. obvenient: expensae itineris exsolventur; servitium ab aerario habebunt. Cessantibus  
autem hospitalibus trium mensium obventionem percipient.

Qui itaque vocatos et qualificados se sentiunt ad obsecundandum altissimae  
Suae Majestatis Sacratissimae voluntati, ad exercendam gloriosam muneris pastoralis par-  
tem, sine mora semet Officio huic insinuent. Alioquin necessitate ita poscente vi obe-  
dientiae etiam canonicae dispositionem facturum sum. Strigonii die 17-a Aprilis 1859.

**Nr. 1790.**

Preces publicae  
indicuntur.

Temporis praesentis adiuncta plane non esse ea, quae animum nostrum quoad  
futurum tranquillit, haud obscuris indiciis monemur. An paterna DEI monitio, vel  
iusta peccatorum castigatio nobis immineat, nullus hominum novit; quis enim novit  
sensum Domini, aut quis consiliarius eius fuit? Illud tanquam certum tenemus: in  
quacunque hora ingemuerit peccator, exaudietur; et qui pulsaverit ad ostium miseri-  
cordiae, aperietur ei. Simul praeteritorum, imo omnium temporum historia nos docet,  
non esse tutiorem ad inveniendam misericordiam DEI viam, quam patrocium illius  
Immaculatae virginis, quae huic mundo edidit Salvatorem.

Ut Hanc ista etiam temporum iniquitate, quae nobis a foris bellum minatur,  
propitiam reddamus, et dulcissimae etiam Sobolis- Christi Jesu- protectionem mereamur,  
virtute praesentium dispono: ut in omnibus Ecclesiis parochialibus et conventuali-  
bus finita Missa, pro qua populus maiore numero congregari solet, coram exposito  
Ciborio orentur tria „Ave Maria“, subnexo post quodlibet „Ave“ versiculo „Refugium  
peccatorum, ora pro nobis“ deinde autem recitetur Antiphona lingua vulgari „Salve  
Regina, mater misericordiae“ cum versiculo et oratione huic Antiphonae conveniente.  
Singuli praeterea presbyteri in Missis tam privatis quam sollemnibus collectam pro  
pace et Rege, alioquin iam alias etiam praescriptam sumere haud intermittant.

Sub Cuius praesidium confugimus, Sancta Dei Genitrix, ne despiciat nos in  
necessitatibus nostris, sed a periculis cunctis liberet nos semper! Strigonii Dominica  
Palmarum 1859.

benevolus

Joannuelard H. Episcopus



96

## Venerabili Clero Archi-Dioecesis Nostrae Strigoniensis Salutem in Domino et paternam Benedictionem!

Quaeritur de baptismo Joannis condam Széplaky eum ad effectum, ut locus originis eius hac ratione eruatur. Totum quod de eo scitur eo redit, quod ille ab anno 1767. in gremio ADioecesis huius deguerit, quin et a. 1799. hic matrimonio iunctus fuerit. Ubi tamen natus fuerit? ignoratur. Quo igitur vestigium loci originis eius detegi forte valeat, praesentibus dispono, ut in singulis ADioecesis huius parochiis matricae baptisatorum ab a. 1730. usque 1760 perquirantur, et sive detectum fuerit vestigium collati eidem Joanni Széplaky baptismi, sive non: horsum referatur, — affirmative aut negative. Districtualis VADiaconi erit responsa Curatorum sui Districtus colligere, et generice duntaxat referre, num vestigium baptismi, de quo quaeritur in parochiis sui Districtus detectum fuerit, an secus? Si nomen Joannis Széplaky alicubi detegeretur: referatur quibus parentibus natus fuerit, et quo anno? Strigonii die 20-a Januarii 1859.

**Nr. 398.**

De baptismo Joannis Széplaky quaeritur.

Excelsum c. r. publicae Institutionis Ministerium ope Resolutionis sub 21-a Decembris a. pr. Nr. 22107. ad tollendas omnes dubietates declaravit: quod sub expressione „Lehrer der Volksschulen“ §. 19-o altissimarum Patentium, circa qualiter statuendum militem ddo 29-ae Sept. a. ei. editarum occurrente, non solum Docentes superiores (Oberlehrer), alii item (Lehrer), verum omnes etiam subdocentes adiuncti et subsidiarii Docentes, in systemisatis stationibus legaliter adpliciti et ad prosequendam in scholis popularibus institutionem necessarii intelligendi veniant; ut adeo subdocentes hi, utpote quorum iuxta praescriptum facta adplicatio eundem in modum, prouti Docentum, permanens est, ceu ab obligatione militandi immunes considerandi et tractandi sint. Quam declarationem, ceu in principiis institutionis scholarum popularium radicatam, mecumque via c. r. sectionis Consilii Locumtenentialis Posoniensis sub 1-a Januarii a. curr. Nris <sup>32691/3946</sup> communicatam Vobis pro directione ad notitiam perferro. Strigonii die 23-a Januarii 1859.

**Nr. 484.**

Docentes et subdocentes a militando liberi.

Pro statione Docentis labii slavici in Nemes-Kürt, ad Parochiam Udvarnok filiali, Concursus in 10-am Martii a. curr. praesentibus defigitur. Emolumenta eius sunt: e cassa Communitatis 50. flni MC. a singula prole scholari, quarum numerus ad 75. excurrit, 48. xri MC. et  $\frac{1}{2}$  metr. pos. siliginis. Duae orgiae ligni duri. Liberum pascuum pro duabus vaccis usque secuturam terreni commassationem, hac vero superveniente  $\frac{1}{2}$  sessio colonialis terrae arabilis obtinget. Domus conducta uno cubili pro scholaribus, altero pro Docente, item culina, camera, cellario et stabulo, nec non hortulo  $\frac{1}{2}$  metr. poson. capace absolvitur. Recursus debite instructi VADiacono Districtus Ujlakensis Antonio Fritsch, Parocho Lakácsensi inscribantur et usque praefixum terminum exhibeantur. Strigonii die 26-a Januarii 1859.

**Nr. 540.**

Docentis in Nemes-Kürt statio publicatur.

C. r. Sectio Locumtenentialis Budensis ope Rescripti sub 15-a curr. Nr. 1610. horsum directi Docentes quospiam a munere docendi amotos esse fine publicationis significat, sunt autem hi: Andreas Jakubovics, Docens in Zohor, e capite commissae maleversationis; Josephus Mandl, Docens scholae normalis Salisburgi, ob crimen seductionis ad lasciviam; denique Josephus Pohl condam Docens scholae elementaris in Polgovitz, Moraviae loco, ob complicitatem in maleversatione; quorum omnes ad docendum inhabiles declarati, ubi libertati redditi fuerint, ad munus institutionis sive publicum sive privatum nusquam adplicari poterunt. Id quod fine adnotationis in libro scholari faciendae Vobis annunciatur. Strigonii die 28-Januarii 1859.

**Nr. 585.**

Qui piam a docendo amoti.

Ad tollendas dubietates ratione influxus, in nominationem Docentum a Curatis localibus exerendi, in quibusdam Districtibus VADiaconalibus obortas reflectendum habeo, talem ope ministerialis Resolutionis ddo 27-ae Octobris 1857. N. 746. emanatae, utpote qua negotium nominationis Docentum pro scholis popularibus regulatur, nec succussam quidem, multominus sublatam esse; praeterquam enim quod

**Nr. 602.**

Parochorum et Communitatis in nominationem Docentum influxus. Examen concursuale.

§-us praecitatae Resolutionis 15-us 20-us et 24-us Curati influxum haud obscure subinsinuet: idem Excelsum Ministerium, quod dictam Resolutionem edidit, ceu optimus verborum suorum interpret, eam sub 12-a Martii 1858. N. 4320. dedit declarationem, quod scholarum Inspector tam occasione propositionis pro complendis Docentum stationibus, quam occasione adplicationis subdocentum mutuum cum localibus Curatis cointelligentiam fovere, obtutusque eorundem congrue respectare debeat.

Sed nec Communitatibus localibus, utpote quae e peculio suo scholae magistrum sustentant, suum in momentoso hoc nominationis negotio negatur votum, utpote de quibus in praecitata Excelsi Ministerii declaratione clare asseritur: per superiorem Communitatis (Gemeindevorstand) cuius in regulativa Ministerii Resolutione §. 15-o mentio fit, neutiquam singularem personam, verum semper reliquos etiam Communitatis primores, quodumcunque nomine veniant, intelligendos esse, utpote per quos, sive votum duntaxat expetendum, sive ius candidationis exercendum sit, Communitas parochiana repraesentatur, ut adeo votum et desiderium Communitatis, si tale legali exceptioni obnoxium haud esset, insuper haberi omnino nequeat.

Multi porro scholarum Inspectores, et recte quidem, nuda testimoniorum in Concursibus exhibitione haud contenti, concurrentes praesertim quoad practicam institutionis methodum probae subiiciunt, taliterque convictionem de habilitate eorundem, quam attestata ipsorum loquuntur, ipsi sibi comparare nituntur. Concursuale idmodi examen, ut universaliter inducatur, optandum sane foret vel ideo, ut Docentibus ad consecrandam, ultroneam in methodo docendi perfectionem, occasione Concursuum palam contestandam, potentem addat stimulum; proba nihilominus talis praecitata normali ministeriali Resolutione haud inculcatur, nec nisi habilitas concurrentium ratione muneris cantoralis, §-o 24-o pro re nata ope probae coram peritis instituendae eliquanda disponitur. Strigonii die 30-a Januarii 1859.

Nr. {606.  
607.

Concursus pro  
statione Docen-  
tis in Imely et  
Réthe indicitur.

Pro vacante in Imely et Réthe (ad Boldogfalva filiali) labii hungarici Docentis una Cantoris statione Concursus pro 10-a Martii a. curr. indicitur.

Emolumenta prioris sunt: in agris iugera 13; in pratis 8. falcastra; pascuatio libera; 25. metr. pos. siliginis; a communitate 42. fni MC. 6. librae sebi et 4. orgiae lignorum focalium; ab inquilinis incirca 5. fni MC; e fundo Religionis 5. fni 7. xri MC; e fundo studiorum 5. fni 17. xri MC; titulo didactri incirca 25. fl. MC; titulo stolae incirca 9. fni MC; ex offertorio et fundatione 3. fni MC; pro subdocente e fundatione Canonici Joannis olim Bakay 50. fni MC. hortus postdomalis  $\frac{1}{2}$  iugeri, cannabetum aequae huius capacitatis et cauletum.

Reditus stationis Réthensis consistunt: in 3. iugeri terrae arabilis; 50. fnis MC. e fundo Religionis; 45. fnis pro institutione pubis scholaris; 48. fnis a Communitate; 11. fnis. 30. xris titulo stolae; 1. fl. 10. xris ex offertorio et nollula; 13. fnis 30. xris uti et  $6\frac{1}{2}$  metr. pos. siliginis a Compossessoratu titulo lecticalis; 2. orgiis ligni pro calefactione scholae. Hospitium uno cubili, culina, camera, stabulo et exiguo horto domestico constat.

Rekursus suis requisitis provisi concernentibus scholarum Inspectoribus signanter: pro statione Imelyensi, mihi inscripti, Can. honor. VADiacono et Parocho Érsekújvárensi Josepho Csernák, pro Réthensi vero Emerico Kovács, Districtus Szempezensis VADiacono et Parocho Egyházfalväensi, cui et inscribendi erunt, ad praedictum terminum praesententur. Id quod Docentibus subdocentibusque Vestris congrue ad notitiam perferatis. Strigonii die 31-a Januarii 1859.

benevolus

Joannuelard H. Eger



97

## Venerabili Clero Archi-Dioecesis Nostrae Strigoniensis Salutem in Domino et paternam Benedictionem!

**L**icet non e circularibus solum abhinc dimissis litteris, sed ex ipso etiam Schematismo Dioecesano omnibus innotescere possit terminus, quo relationes periodicas horsum praestari oporteat: cum gravi tamen resensu publicare necessitor, quod consignatio mixtorum matrimoniorum mense Januario Officio huic submittenda, in viginti tribus Districtibus VADiaconalibus exhaereat.

Similiter non potest mihi non grave accidere, quod, licet binis vicibus, nimirum die 12-a Maii 1857. Nr. 2095. et 1-a Decembris eiusdem anni Nr. 5067. Altioribus Ordinibus conformiter iniunxerim, relationem de conversis et apostatis singulo anno semel duntaxat, et quidem usque 15-am Octobris Officio huic submittendam venire, nihilominus complures huius categoriae relationes primum his diebus horsum transpositae fuerint, quas modo usque futurum mensem Octobrem in Cancellaria mea cum gravi molestia conservari necesse erit.

Post talem experientiam, quae obiectorum pertractationi remoram causat, districtualibus VADiaconis strictissime iniungo, ut praescriptas relationes praescripto etiam tempore Officio huic submittant, non exspectando relationem ab iis, qui officio suo debito tempore satisfacere negligunt, imo tales nominatenus designent, gravi responsionis oneri obnoxios futuros; alioquin secus ipsi VADiaconi semet correptione dignos reddent.

Quantum ad relationem de mixtis matrimoniis, pro cynosura serviant sequentia:

1-o Quae matrimonia per conversionem alterius partis coniugum mixta esse desierunt, tali relationi inferenda haud erunt.

2-o Similiter exmittendi erunt filii aut filiae e mixto matrimonio progenitae, si iam matrimonium iniverunt.

3-io Penes quodlibet huiusmodi matrimonium diserte praenotetur, an cum Reversalibus vel secus coaluerit.

4-o Penes proles minores semper notetur: „an scholas catholicas adeant?“ penes adultiores vero exponatur: „an Ecclesiam catholicam et Sacramentum Poenitentiae frequentent.“ Strigonii die 4-a Februarii 1859.

Excelsum Institutionis Ministerium, ope Resolutionis ddo 24-ae Dec. a. praet. Nris <sup>22158/1994</sup> in cointelligentia cum suprema c. r. armorum Praefectura emanatae, eam edidit dispositionem, quod, quemadmodum militaria Individua generatim, docentia vero Individua ad confinia militaria pertinentia, iuxta §-um 28-um ministerialis ddo 27-ae Octobris 1857. editae Resolutionis, in scholis popularibus extra confinia militaria, citra indultum c. r. supremae armorum Praefecturae accommodare haud licet: eadem ratione et reliqua Individua confiniaria, uti et docentia Individua aerarialibus impensis haud exulta, utpote servitiis confiniariis usque certum aetatis suae annum adstricta, nisi penes expressum dictae c. r. armorum Praefecturae indultum ad docendum adplicari possint. Id quod pro directivo notitiae statu hisce Vobis annunciat. Strigonii die 9-a Februarii 1859.

Pro vacante in Nemesény (Com. Bars.) et Pásztó (Com. inf. Nitr.) labii slavici Docentis una Cantoris statione Concursus in 15-am Martii a. curr. defigitur. Emolumenta prioris sunt: 5 iugera agrorum; 17½. metr. pos. tritici et 12. metr. pos. siliginis titulo fusi; lignorum orgiae 5. tres item pro calefactione scholae; a singula prole scholari, quarum 40—50 numerantur, ½. metr. pos. siliginis et 1. fl. MC.; pro pinsendis hostiis a parte Ecclesiae 2. metr. pos. siliginis; a funeribus et schedis promulgatione incirca 14. fl. MC. Aedificium duobus cubilibus et aliis requisitis, duobus item hortulis constat.

**Nr. 675.**

Relationes periodicae praescripto tempore exhibeantur.

**Nr. 759.**

Adplicatio Confiniariorum ad docendum.

**Nr. 790.  
818.**

Pro statione Docentis in Nemesény et Pásztó Concursus publicatur.

Reditus cum statione Pásztóensi coniuncti sunt: agri metr. pos. 6. classis 3-ae; cauleum et canabetum  $\frac{1}{4}$ . metr. pos.; a colonis et inquilinis incirca 24. metr. pos. siliginis titulo lecticalis; a Communitate unus currus foeni, ligna focalia et pascuum pro pecore sufficiens; titulo stolae et cantationum incirca 33. fl. MC; a prolibus scholaribus incirca 33. metr. pos. siliginis; 2. feni et 58. xri MC. e fundo Religionis. Occasione commassationis terreni proxime praesuscipiendae spes est,  $\frac{1}{2}$ . sessionem colonicalem Docenti exscindendam, proventus augendos, aedificiumque scholare, quod actu exiguis duobus cubilibus, culina, camera, stabulo absolvitur, cuive hortus  $\frac{1}{2}$ . metr. pos. capax, arboribus consitus, simulque falcabilis adiacet, vigore scholaris fassionis anno priore peractae, tantisper ampliandum esse.

Recursus suis requisitis instructi pro statione Nemcsényensi, Metropolitanano meo Capitulo Strigoniensi inscripti, Can. hon. VADiacono et Parocho S. Benedictensi Josepho Valentovich; pro Pásztóensi vero Districtus Radosnaensis VADiacono Stephano Pereszlényi, Parocho Nagy-Rippényensi, cui et inscribendi erunt, ad praedictum terminum exhibeantur. Id quod Docentibus subdocentibusque Vestris congrue notificetis. Strigonii die 14-a Februarii 1859.

**Nr. 867.**

Hoffmann Ludovici opus publicatur.

Auctore Paulo Ludovico Hoffmann, C. R. Regnicolaris Iudicii Pestinensis Assessore luce donatus est primus fascis operis, cui titulus. „A római magánjognak rendszere mai érvényében.“ Fascis alter, quo opus concludetur, usque finem affuturi mensis Martii prelo solvendus est. Intimus cum sit nexus ius romanum inter et canonicum: nullum dubium, quin opus hoc ecclesiasticarum cumprimis personarum reflexionem mereatur, unde illud ad notitiam Vestram perferre nihil dubitavi. Comparari potest fascis uterque apud auctorem Pestini, pretio 2 flor. val. austr. Strigonii, die 16-a Februarii 1859.

benevolus

*Joannuelard Hoffmann*





98

## Venerabili Clero Archi-Dioecesis Nostrae Strigoniensis Salutem in Domino et paternam Benedictionem!

Quo relationes de statu scholarum elementarium ope Tabellae A) dioecetano huic Officio et mediante hoc altioribus c. r. politicis Dicasteriis annue praestari solitae clarum rei scholaris conspectum ob oculos sistant, sicque postulatis Excelsi publicae institutionis Ministerii eadem, velut authenticus notitiarum scholarium fons, omni ex parte ad amussim respondeant: c. r. sectio Locumtenentialis Budensis sub 30-a Jan. a. curr. Nr. 25109. pro debito in concinnanda dicta Tabella A) usu sequentia ultro praescribit, et quidem:

**Nr. 981.**  
Rubricae Tabellae A) ultro explanantur.

Rubrica Tabellae 3-a. Scholae inferiores reales, ubi tales praexistunt, columnae de scholis capitalibus agenti inferendae sunt, distinctaque de iisdem, uti et reliquis scholis capitalibus relatio, iuxta praescriptum paradigma, quotannis mense Octobri exhibenda erit.

Quod scholas puellarum triviales attinet, si tales distincta a pube mascula conclavia occupent, ceu per se subsistentes concernenti columnae inferri, non vero ceu scholis puerorum ingremiatae designari debent, secus enim numerum scholarum necessario nutare oportebit.

Rubricae denique huic scholae etiam necessitate urgente excitatae, hinc inde per deserta dispersae (Nothschulen) numerice inserentur.

Rubrica 4-a. Ceu lingua institutionis illa designetur, qua institutio prolibus impertitur. In rubrica observationum attamen adnotabitur, num v. g. proles hungarum in lingua germanica, vel vicissim institutionem nanciscantur?

Rubrica 6-a 8-a et 12-a. Numerus scholarum dominicalium, uti et prolium easdem adire obligatarum, actuque frequentantium accurate exponatur; qui posterior, ut ab illo reliquarum prolium scholarium facile discernatur, rubra signatura notandus erit. Fusius interim relatio haec de scholis dominicalibus distincto instrumento, iuxta praescriptum paradigma concinnando, ad exigentiam ministerialium d. d. 29-ae Aug. 1853. Nr. 6626. ordinum simul et ad semel cum tabella de statu scholarum exhibebitur.

Proles porro parentum non catholicorum tunc solummodo scholis catholicis qua scholae capaces inserentur, si nulli suae confessionis aut ritus scholae ingremiatae essent.

Rubrica 22-a. Alumni institutorum praeparandialium, nomine „praeparandistarum“ insignientur, atque a sic dictis doctorum candidatis, (Lehramts-Kandidaten), qui semet ad frequentandum idmodi institutum praeparant, rite distingui debent.

Rubrica 23-a. Peculiares rei scholaris promotores, qui egregiam in hunc finem operam navarunt, uti et ii, qui beneficentiam suam ratione scholae, Docentum et scholarium quaque ratione contestati sunt, nominatenus designentur.

Rubrica 24-a. Ratione aedium scholarium in rubrica observationum diserte adnotetur, quotnam classibus, id est separatim conclavibus schola absolvatur? quot igitur scholas, quot item classes Districtus scholaris numeret? num denique duae vel plures scholae (non classes) in uno eodemque aedificio deprehendantur?

Haec quantum ad scholas elementares publicas. Relatio de scholis, educatoriisque institutis privatis intra ambitum Locumtenentiae Budensis existentibus, signanter de Docentum aetate, religione, qualitatibus, religioso-morali et politica conversatione, scholariumque numero, ad exigentiam ministerialium d. d. 27-ae Dec. a. pr. Nr. 20879. emanatorum ordinum cum initio singuli anni scholastici praestanda est, mutationes vero in statu personali per decursum anni intervenientes de casu in casum dioecetano huic Officio fine promotionis exhiberi debent.

Haec ad complementum eorum, quae circularibus meis literis sub 4-a Martii 1858. Nr. 1039. hoc in merito Vobis intimavi, pro directivo notitiae statu communico. Strigonii die 21-a Februarii 1859.

**Nr. 1197.**

Cautelae in susceptione ad scholas altiores servandae.

Quo in scholarium ad Gymnasia, Praeparandiae instituta, scholas item reales susceptione secure procedi, omnisque irreptio, qualis novissime intervenit, in futurum omni meliore modo anteverti possit: Excelsum publicae institutionis Ministerium sub 25-a Jan. a. curr. Nr. 22618. Resolutionem, intuitu publicationis e scholis dimissorum presse iuxta tenorem testimoniorum iisdem extrodatorum faciendae, a Cancellaria olim hungarica ddto 20-ae Nov. 1832. Nr. 10731. editam in memoriam revocat eo addito, ut, dum semet iuvenes pro susceptione ad praedictas scholas insinuant, praesertim autem, dum documenta ipsorum longiorem in frequentandis publicis institutis interruptionem produnt, aut vero ipsi privatam institutionem se nactos fuisse obtendunt, antelatarum scholarum Directores omnem circumspectionem adhibeant, cognominaque ipsorum cum elenchis suis, quibus iuxta factam idmodi dimissorum scholarium publicationem cognomen et nomen, patria et locus natalis, aetas et religio, studiorum cursus occasione dimissionis, huius porro causa, Jurisdictio, quae ipsam enunciavit, nec non datum et numerus enunciatae dimissionis insertus est, solerter conferant, sicque contra omnem subreptionem semet praemuniant.

Est hoc idipsum, quod circularibus meis literis ddto 4-ae Jan. 1858. Nr. 82. disposui id ordinando: ut protocollum scholare adparetur, cui cognomina Individuorum, quibus duplicata testimoniorum scholasticorum extrodatorum, aut quae a munere docendi amota sunt, deinceps vero iuvenum quoque, qui a scholis arcentur, utprimum publicatione mediante innotuerunt, extemplo alphabetico ordine inseri valeant. Strigonii die 6-a Martii 1859.

**Nr. 1258.**

In Ladomér et Ujfalu Docentum stationes vacant.

Concursus pro vacantibus in Ladomér et Ujfalu, utraque ad Parochiam Zámoly filiali, labii hungarici Docentum stationibus in 14-am Aprilis a curr. praesentibus defigitur. Prioris emolumenta sunt: ager 4. metretarum; octo metretae mixti; 66. panes; 33. fl. mon. austr. et usus pascui pro pecore. Habitaculum commodum.

Posterioris vero: 10½ iugerorum ager; 8 metretae mixti; 24 fasces virgultorum; 44. fl. mon. austr. titulo instructionis. Domus sat commoda est, cui hortulus quoque adiacet.

Recursus debite instructi surr. Districtus Hedervárens VADiacono Sigismundo Peőcz, Parocho in Zámoly inscribendi et ad praestitutum terminum exhibendi erunt. Id quod Docentibus subdocentibusque Vestris congrue notificetis. Strigonii die 8-a Martii 1859.

**Nr. 1335.**

Nuncia ad „Amtsblatt“ qualiter inserenda.

C. R. sectio Locumtenentialis Poseniensis sub 2-a curr. Nr. 4247/695. significat, Excelsum c. r. cultus Ministerium, fota cum supremo Financiarum Dicasterio cointelligentia, ddto 7-ae Febr. a. curr. Nr. 22761. normae instar disposuisse: ut annunciationes negotiorum quorumvis, etiam ecclesiasticorum, institutionis, nec non vacantium servitiorum, medio organi publici ephemeridum Viennensium „Amtsblatt“ institui solitae prima solum vice per extensum, secundo vero et tertio nisi per extractum, cum provocatione ad Nrum ephemeridum, praeviam publicationem cum plenario textu continentem, compendii gratia deinceps procudantur, nisi forte trina idmodi per extensum publicatio e peculiaribus rationibus necessaria videretur et per expressum a correspondentibus postularetur. Quem in finem omnis in redigendis idmodi annunciationibus praecisio et brevitatis maiorem in modum inculcatur; in publicandis autem licitationibus concurrentes ratione dilucidationis accipiendae, conditionumque inspiciendarum ad competentem civilem Jurisdictionem inviari iubentur. Id quod pro statu directionis, si praeter dioecesanum organum etiam praeviis ephemeridibus in dictos fines forte uteremini, Vobis hisce notifico. Strigonii die 12-a Martii 1859.

**Nr. 1198.**

Paulik Jos. obiit.

Josephum Paulik, Cooperatorem Pöstyénensem die 1-a curr. susceptis moribundorum sacramentis, anno aetatis 25-o ex hac vita evocatum, solitis suffragiis commendando. Strigonii die 6-a Martii 1859.

benevolus

*Joannulard H. E. H. H.*





condita privatim attente legere, et, si quas quoad practicam eorum executionem observationes vel difficultates habueritis, eas primum in Congregatione Districtuali proponendas, et ubi unanimi consensu acceptatae fuerint, horsum transmittendas habebitis, quo sic earum usus, in quantum videbitur, haberi possit in celebranda Synodo Dioecesana, quae tamen ob praesentis temporis adiuncta nunc utique differri debet. Strigonii die 14-a Maii 1859.

**Nr. 2154.**

Ritulae novum  
praescribitur.

Circumstantia illa, quod novum Rituale, cuius editionem Vobis sub 3-a Junii anni praet. Nr. 2260. annunciavi, necdum esset ad omnes huius Archi-Dioeceseos Ecclesias introductum, verum in aliquibus iam istius, in aliis adhuc antiqui Ritualis usus fieret, diversis, quandoque etiam sinistris — prout mihi refertur — ansam dedit reflexionibus. Ne id amplius fieri possit, quin potius, ut in administrandis Sacramentis et persolvendis Ecclesiae functionibus publicis ubique uniformitas vigeat, praememorati novi Ritualis una cum suo Extractu ad omnes Ecclesias introductionem disponendam censui, ac etiam hisce dispono.

De requisitis hoc scopo exemplaribus, pro Ecclesiis quidem Districtus Vicariialis Strigoniensis mea Cancellaria hujas, pro Ecclesiis autem Districtus Vicariialis Tirnaviensis, Cancellaria Officii mei Vicariialis ejas providebit; quare curabunt concernentes VADiaconi, ut suorum Districtuum Ecclesias, quae necdum sunt in possessione dicti novi Ritualis, inomisse usque 15-am futuri mensis Junii, ceu praecclusi terminum supra dictis Cancellariis insinuent. Obveniens pretium solvetur e fisco respectivarum Ecclesiarum, quod rursus VADiaconi mox penes consignationem exemplarium consignandum, et Cancellariae, a qua exempla receperunt, absque dilatione submitendum habebunt. Strigonii die 14-a Maii 1859.

**Nr. 2157.**

Ritus festi de SS.  
Corde JESU.

Casu evenit, quod ex Directorio Officii Divini, pro anno currente 1859. typis proscuto, festum SS. Cordis JESU, quod feria 6-a. post octavam SS. Corporis Christi celebrari debet, plene emanserit. Celebrabitur itaque hoc modo:

Die 1-a mensis Julii Feria 6-a. Festum SS. Cordis D. N. J. C. dupl. maj. Off. pr. (vide inter Off. pro aliquibus locis) in Laud. com. diei Octav. S. Joannis B. et Octav. SS. Apost. ad Prim. in B. br. die. Qui passus es pro nobis. In Missa pr. „Miserebitur“ fit com. S. Joann. Bapt. et SS. Apost. die. Glor. et Cr. Praef. de Cruce. c. r. Vesp. de sequent. com. prae. et diei Octav. S. Joann. Bapt. tant. c. a. Strigonii die 14-a Maii 1859.

**Nr. 2160.**

Docentis in Szkiezów  
statio vacat.

Concursus pro vacante in Szkiezów Docentis et Cantoris labii slavici statione in 16-am Junii a. curr. praesentibus indicitur. Emolumenta illius sunt: 105 fl. mon. austr. e cassa Communitatis; ager 3. metr. poson.; 2. pratella; 15. metr. pos. siliginis; ligni focalis pro Docentis et scholae usu 42. plaustra, ope fassionis scholaris ad 12. orgias reducta; a singula prole scholari, quarum numerus 50. adaequat, 1 fl. 57 xri mon. austr., 8. incirca fini a funeribus. Hortulus postdomalis, alter item 1/2 metr. pos. capax. Habitationum cubili, culina et camera et stabulo constat. Recursus suis requisitis instructi Can. hon. et VADiacono Josepho Valentovich, Parocho in S. Benedicto inscribantur et exhibeantur. Strigonii die 15-a Maii 1859.

**Nr. 2050.**

Franc. Ribeczky  
obiit.

Franciscum Ribeczky, emeritum Parochum Alsó-Pélensem, Instituti S. Adalberti presbyterum, in Nagy-Salló, susceptis moribundorum Sacramentis, die 5-a curr. mensis Maii, anno aetatis 83-o obiisse, fine absolvendorum solitorum Suffragiorum annuncio eo subnexo, ut si qui inter Instituti S. Adalberti presbyteros suscipi desiderarent, recursus suos usque finem mensis Junii mihi transponant. Strigonii die 7-a Maii 1859.

benevolus

Joannuelard H. H. H.



# Venerabili Clero Archi-Dioecesis Nostrae Strigoniensis Salutem in Domino et paternam Benedictionem!

Nr. 1704.

C. r. sectio Locumtenentialis Budensis ope Rescripti sub 15-a Martii a. curr. Nr. 9361. horum directi significat, Duplicata deperditorum scholasticorum testimoniorum sequentibus extrodata esse: Individua Dupli-  
catis testimoni-  
alium provisiva.

Apter alias Apatovszky Michaeli, de Annis 1850. et 1851. ab Universitate Pestinensi;

Balthasar Vilhelmo,	de 1847. a	—	Gymnasio	Reginohradeciensi;
Csapo Edmundo,	—	de 1847. a	Gymnasio	Albaregalensi;
Chiffor Silvano,	—	de 1857/8.	—	Fogarasensi;
Czigány Michaeli,	—	de 1852. usq. 1856.	—	Nitriensis;
Dienzl Francisco,	—	de 1857/8.	—	Eperjesiensi;
Fischer Josepho,	—	—	—	Komotauensi in Bo- hemia;

Hauser Alexandro,	de 1847. et 1848.	—	—	Posoniensi;
Horn Leoni,	de 1850. usq. 1853.	—	—	Sátorallja-Ujhelyensi;
Húg Julio,	—	—	a fac. philos.	Pestiniensi;
Juhász Alberto,	de 1857/8. a	—	Gymnasio	Rosnaviensi;
Käs Mauritio,	—	de 1857. a	Praeparandia	Jaurinensi;
Kovács Antonio,	de 1854/5. a	—	Gymnasio	Agriensi;
Lösch Joanni,	—	—	—	Magyar-Óvárensi;
Ludvig Andreae,	de 1857/8.	—	—	Eperjesinensi;
Majerhoffer Ubaldo et Hermanno,	de 1858.	—	—	ad Scotos Viennae;
Markovics Antonio,	de 1829.	—	—	Bajäensi;
Neveklovsky Carolo,	—	—	—	Egerensi in Bohemia;
Nikolits Jacobo,	de 1851.	—	—	Temesvárensi;
Paic Josepho,	—	—	—	Signensi in Dalmatia.
Pammer Joanni,	de 1852. et 1853. a	—	schola reali	Salisburgensi;
Pap Simoni,	de 1856. a	—	Gymnasio	M. Varadinensi;
Péchy Gustavo, et Andreae	de 1856. a	—	Gymnasio	Cassoviensi;
Rosenberg Antonio,	de 1848/9. a	—	schola reali	Tarnoviensi;
Scarpa Paulo,	de 1856. et 1857. a	—	Gymnasio	Udiniensi;
Silberstein Mauritio,	de 1857. a	—	Praeparandia	Cassoviensi;
Stern Benjamins,	de 1850/1. a	—	Gymnasio	Miskolczinensi;
Stock Joanni,	de 1851/2. a	—	schola reali	Pragensi;
Szabó Josepho,	de 1847/8. a	—	Gymnasio	Albaregalensi;
Takács Cornelio,	de 1857/8. a	—	—	Cassoviensi;
Vendeczky Ludovico,	de 1850.	—	—	Nitriensi;
Weydlich Ottmaro,	de 1843. et 1844.	—	—	Pragensi;

Cognomina haec, quo omnis cum iis abusus antevortatur, protocollo scholari inserere non intermittatis. Strigonii die 4-a Aprilis 1859.

Nr. 1817.

Formularia Tabellae A) statui scholarum elementarium adumbrando inservitura, in aliquot exemplaribus scholarum Inspectoribus cum eo hisce transponuntur, ut, quoad fieri poterit, Parochiae et filiales scholis provisae, rubricis tantisper densius inserantur, sic enim caedem et clarius ob oculos sistentur et Tabellae A) formularia, magnis secus interstitiis dissipanda, pro pluribus vicibus servient; alioquin enim, quae rubricae observationum nefors prolixius inserenda essent, in sensu dimissorum abhinc ordinum distincto instrumento remonstrari debent. Praeter ea, quae in merito completionis rubricarum harum plus simplici vice abhinc pro directione intimata fuerunt, nexu Rescripti Locumtenentialis sub 8-a Aprilis a. curr. Nr. 7952/1329. ad me directi, columnae observationum Tabellae A) id quoque inferendum erit: quinam subdocentum et subsidiariorum Docentum matrimonio iuncti sint? Generatim reflectere debeo, terminum mensis Novembris pro exhibenda hac de statu scholarum elementarium relatione distinctim observandum esse, omniaque ea, quae in negotio scholari, ductu in viationis ad calcem schematismi anni currentis datae, ad dictum terminum a VADiaconis dioe-

Tabellae A) formularia dimit-  
tuntur. Terminus  
relationum scho-  
larium.

cesano huic Officio exhibenda disponuntur, signanter: animadversionem intuitu necessariae aedificationis aut restorationis aedium scholarium, responsa item ad rubricas in tabella Visitationis VADiaconalis contentas, Docentes scholasque attinentia (quae proin e tabella dictae Visitationis deinceps emanebunt) partim columnae observationum dictae Tabellae A) inferre, partim vero, si prolixiore expositione opus esset, distincto instrumento comprehendere, simulque et ad semel horsum exhibere oportebit, quo sic status scholarum debite cognitus ope praescriptae Tabellae B) altiori Loco exhiberi, subversantesque scholarum defectus et indigentiae sub uno conspectu abhinc pro medela substerni valeant. Ad praedictum Novembralem terminum Tabella etiam Docentum, cum scholarium numero, pro usu schematismi a. futuri, quotannis horsum praesentari debet. Strigonii die 18-a Aprilis 1859.

**Nr. 1909.**

Docentis in Sipek statione vacat.

Pro vacante in Sipek, filiali ad Rimócz, Docentis una Cantoris labii hungarici statione Concursus in 26-am Maii a. curr. praesentibus defigitur. Emolumenta eius sunt: agri 6. metr. pos. capaces, quos Communitas cultivat; 22. metr. pos. siliginis, item 2 feni 12 xri MConv. titulo lecticalis; 10 feni MC. titulo stolae; a singula prole scholari, quae incirca 40. numerantur, 1 fenus MC. ligna ad beneplacitum Communitatis. Hospitium cubili, culina et camera absolvitur, cui hortulus quoque adiacet. Recursus debite instructi Districtus Szécsényensis VADiacono Paulo Glacz, Parocho in Felsőludány inscribantur et ad dictum terminum exhibeantur. Strigonii die 28-a Aprilis 1859.

**Nr. 1910.**

Protocolla scholaria inculcantur. Normalia scholastica Docentibus explananda.

Innotescente altiori Loco eo, quod Directores et Docentes multi ordinationum in negotio scholari editarum penitus ignari, complures scholae praescriptis normalium libris adusque destitutae, vel vero altiores ordinationes iisdem in mancis extractibus et lingua passim latina insertae essent, nexu Rescripti e. r. sectionis Locumtenentialis Poseniensis sub 15-a curr. Nr. <sup>8517/1422</sup> ad me directi, observantiam meorum in hoc merito ddo 4-ae Jan. 1858. Nr. 4967. etc. editorum ordinum ratione protocollis scholaris vel ex ipso Ecclesiae fisco comparandi, omniumque, quae scholas attinent, nisi typis excusa essent, eidem inferendorum districtim hisce eo addito iniungo, ut, cum circulares literae omnibus in patria nostra vigentibus linguis dimitti abhinc haud possint, normativos idgenus ordines, rem scholarem tangentes, concernentibus Docentibus congrue explanentis; ratione autem dictae ordinationum scholarium inprotocollationis, num eadem ubivis locorum debite praesuscripiatur, VADiaconi, qua scholarum Inspectores, occasione annuae Visitationis revisionem instituere, desuperque, uti et de puncto nunc attacto, in tabellari de statu scholarum relatione horsum referre noverint; quemadmodum idipsum ordinibus praeattactis dudum abs me dispositum, haud tamen ab iis observatum fuit. Ratione ordinationum Directores scholarum capitalium ferientium dioecetano huic Officio curae erit, ut eadem, lingua — uti desideratur — germanica, requisito numero a sectione Locumtenentiali eisdem via Ordinariatus communicentur. Strigonii die 28-a Aprilis 1859.

**Nr. 1988.**

Concursus pro statione Docentis in Kelenye publicatur.

Concursus pro hac Parochiae Ipolyfödemes affiliata labii hungarici Docentis una Cantoris statione in 8-am Junii a. curr. defigitur. Emolumenta cum eadem coniuncta consistunt: in agris  $1\frac{1}{4}$  iugeri; iure pascui; hortulo; duabus orgiis ligni; 6. incirca urnis vini; totidem centenariis foeni; stola incirca 5 fl. mon. austr. 24 metr. pos. titulo lecticalis; didactro usque 30 fenos mon. austr. duabus metr. pos. tritici pro pinsendis hostiis. Recursus debite instructi Districtus Drégely VADiacono et loci cognominis Parocho Laurentio Gály inscribantur et exhibeantur. Strigonii die 4-a Maii 1859.

benevolus

Joannuelard H. E. H. H.

